

COMPENSATION

1833.

NO.

145



Bovis curæ de
plastræ en blayoy

Res has 22

COMPENDIUM SPIRITALIS DOCTRINÆ, EX VARIIS SANCTORUM Patrum Sententijs magna ex parte collectum.


AVCTORE REVERENDISSIMO
D. P. F. Bartholomeo de Martyribus, Ordini, Pre-
dicatorum, Archiepiscopo Bracharense, & Hispan-
iarum Primate.

UNA CUM TRACTATIBUS VITÆ
Spiritualis Sancti Vincentij Ferrerij;

ET DE ADHÆRENDO DEO
B. Alberti Magni Episcopi Ratisbonensis.
ejusdem Ordinis.

ET HYMNO DEVOTISSIMO
S. Casimiri ad B. Virginem Mariam per dies
hebdomadæ distributo.

Unum est necessarium, Mariam optimam partem
elegit, quæ non auferetur ab ea. *Lxx cap. 10.*



TOLOSAE,
Apud BERNARDUM DUPUY, Biblio-
polam, in vicô Portæ Arictis. 1682.



LECTORI OPTIMO ET ERVDITO.

RÆCLARISSIMVM opus viri sa-
pienissimi, & in toto Christiano orbe
notissimi Bartholomei à Martyribus
Compendium Spiritualis doctrinae à pluribus
diu expeditum, cum vix reperiatur, typis
pterum mandandum curavimus, Lector Opti-
mo, & erudite; in quo quidquid ad absolu-
tam spiritualis vitæ, & sanctitatis efforman-
dam imaginem conferre potest, collectum re-
peries. Quam existimationem de eo opere,
operisque auctore te habere conveniat, disces
satis ex subiecta Ludovici Granatensis com-
mendatione, cum ineulgatum adhuc opus, ad
publicum Ecclefiae commodum, in lucem emit-
tendum curavit. Quid verò in hac postrema
editione præstatum fuerit, quo castigatior
evaderet, paucis te premonendum existimavi.
In primis prolixiora capita in plures paragra-
phos distincta sunt, quibus ut & aliis capiti-
bus quibus deerant adjuncta sunt argumenta:
loca deinde plurima ex scriptura restituta.
Quod verò ad authoritates Patrum attinet,
ex quibus, non tam collectus, quam pene
contextus se: e integer liber est, unde & ma-
ximam laudem habet. primum quidem animus
fuerat, ea omnia Patrum loca, prius cum
originalibus diligenter collata, vario, & ut
vocant italico caræctere distinguere: quod

etiam alicubi initio præsumum reperies. Verum id omnino non licuit; cum, (de qua re te monitum volo) animadversum est, Bartholomæum nostrum, interdum ex Patribus sensum dumtaxat eruere, interdum plura interponere, aut quæ pluribus in locis, apud Patres dispersa repererat, in unum colligere, quod ipse etiam aliquando profitetur. Præterea vero huic operi, alterum cognatum opus D. Vincentij Ferrerij de vita spirituali addendum curavimus, quod tamen proprius ad proxim accedit, & regendæ actionis, ac exercende virtutis regulas prescribit, cum alterum magis instituendæ, & dirigendæ contemplationi deserviat, ut in uno iam opere veluti enchiridio; quisquis, quod suis numeris absolument sanitatem efformare possit, reperiatur. Sed demum, cum propemodum innatum sit Dominicanæ & Prædicatoriæ familiæ alumnis, B. Parentis Virginis cultum promovere, & ad obsequium ei exhibendum, omnes accendere, ne id etiam huius operi, quod à sanctissimis Ordinis Prædicatorum Authoribus scriptum, potissimum eiusdem Ordinis Religiosis enchiridijs loco habendum erit, deesset; eximium Divi Casimiri hymnum, in laudem B. Virginis compositum, adjungendum etiam curavimus. His optime Lector fruere, & pale.

APPROBATIO.

C Ompendium hoc spiritualis doctrinæ
Reverendissimi Domini , & undequa-
que doctissimi Fratris Bartholomæi de
Martyribus Archiepiscopi Braccharensis,
& Hispaniæ Primatis, recognoscere iussus,
à gravissimo sanctæ ac generalis Inquisitio-
nis Senatu, haud indiligenter id efficere cu-
ravi: nihilque habet Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ fidei contrarium, aut Reipub. offendicu-
lum. Verum multis argumentis dignissi-
mum est, quod excudatur typis, ad mul-
torum ædificationem , & instructionem.
Habet enim quamplurima egregia docu-
menta quæ ex sententiis Patroni, quasi in
unam catenam contextis, pulchro artificio
coaptavit.

Frater Bartholomæus Ferreira.

Pode se imprimir vista a informaçam: &
hum dos novamente impressos tornara a
esta Mesa com o original, antes de correr.
Em Lisboa a 3. de Abril, de 1579.

Paulo Afonso. Antonio Telez. Jorge Serrão

Auctoritate ordinaria, pode se imprimir.
1. de Fenerciero. 1581. *Bulhão.*

F. HIERONYMUS
XAVIERRE
CAESAR AVGUSTANVS,

Sacræ Theologiæ professor ac totius
Ordinis Prædicatorum humilis Ge-
neralis Magister ac servus : Omni-
bus ejusdem Ordinis Nouitiis Fra-
tribus salute in Domino.

AMORIS Dei, devotionis, san-
ctæque meditationis ignes illi divini,
qui in priscorum Patrum sacri nostri
Ordinis pectoribus tam feliciter arserunt, ut
in vestris nunc animis, charissimi filij, se for-
se friguerant, incalcent, pro paterno nostro
erga vos affectu, nobis magnopere curandum
fuit. Cur enim sacris majorum vestigiis ar-
denti studio insistentes, non erimus, Dei gra-
tia, quod ipsi fuerunt? Incidimus nuper in
Libellum vere aureum venerabilis memoria
D. F. Bartholomæi à Martyribus Archiep-
copi Bracharen sis & Lusitanæ Primatis, ex
Ordine nostro assumpti, viri in Concilio Tri-
dentino clari, & toto mundo sanctitatis &
doctrinæ fama notissimi: qui memorabili
exemplo amplissima Archiepiscopatus dignita-
te se abdicans, ad exoptatam monasticæ celle
dulcedinem rediit. Vbi omni probitatis &
& integritatis laude reliquum vitæ perfun-
ctus, inter manus Fratrum suorum spiritum
Deo reddidit, magna sanctitatis opinioni-

posterioris derelicta. Hic igitur tantus Antistes totus in divinarum meditationum campos evolutus, longo rerum usu exercitus, pretiosum istud monile ex diversis margaritis, gemmisque velut nobile emblemma admirabile pietate contexuit: quod Compendium Spiritualis Doctrinae, ex selectis Patrum sententiis pulchre concinnatum, appellari voluit. Quo in genere ad temperandos & regendos animæ affectus, eosdemque ad omnem sublimioris viæ perfectionem conformandos, ac Deo prorsus implendos, nihil potuisse reveriri efficacius & absolutius, qui magnos in hac spiritus arte progressus fecerunt, pleno ore pronuntiant. Habetis iam ad manus Opuscula S. Vincentij Ferrerij Vitæ spiritualis, & S. Bonaventurae de Disciplina Religiosorum, atque alia hujus argumenti non pauca; istud nunc auctarij vice, & magni pretij munusculum damus, serio omnibus horis, nedum vobis, sed & Religiosis omnibus quantumvis perfectis, terendum, per voluntandum, ac penitus devorandum: cui si mentem sedulo adiunxeritis, sentietis brevi quād uberes spiritales fructus tam pia lectio cordibus vestris ingenerabit. Christus vos conservet, cui me vivissim precibus commendate. Datls Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minervam
26. Augusti 1603.

Fr. Hieronymus Xavierre.

qui supra

Assumptionis nostre anno tertio.

Fr. Simon Bauḡ Magister & Provincialis
Terræ Sanctæ.

F. LVDOVICVS GRANA-
tensis Candido Lectori.

PHILOSOPHI olim, qui se hu-
manæ vitæ magistros profitebantur, nul-
la in re majori studio elaborarunt, quâ-
ut intelligerent, qua in re felicitas & ulti-
mus finis, hoc est, summum hominis bonum
situm esset. Intelligebant enim ignorato-
rū nihil in vita constitui recte posse: eo
autem explorato, facile esse homini actio-
nes suas omnes ad eum finem tanquam ad
scopum dirigere. Quatum autem in hu-
ijs rei inquisitione hallucinati fuerint (eum
de futuræ vitæ beatitudine nihil nossent)
non est nostrum hoc in loco disputare. No-
tamen cælesti magisterio instituti, duplicem
beatitudinem agnoscimus, alteram quidem
perfectam, quæ pījs hominibus in futuro à
Deo proposita est, alteram inchoatam, qua
perfecti viri in hac vita fruuntur: quam, ut
breviter definiam, in sapientiæ possessione
collocamus, ad quam cetera Spiritus san-
cti dona ordinantur, cuius actio est divina-
rum rerum contemplatio, in qua etiam
Aristoteles summum hominis bonum & fe-
licitatem posuit. Ut autem intelligamus
quām ingens sit huius sapientiæ thesaurus,
quantaque eius dignitas & utilitas, satis esse
nobis ad hoc debet magnificum illud Sa-
pientiæ eogium: in quo summus Ille vir
Spiritu Dei afflatus, omnibus huius vitæ
rebus quamlibet maximis & pretiosis sapie-
ciam antefert, his verbis: Optavi, & datus
est mihi sensus, invocavi, & venit in me spi-
ritus sapientiæ. Et præposui illam regnis &

sedibus, & divitias nihil esse duxi in compa-
ratione illius, nec comparavi illi lapidem pre-
tiosum, quoniam omne aurum in comparatione
illius arena est exigua & tanquam lutum aesti-
mabitur argentum in conspectu illius. Super
salutem & speciem dilexi eam, &c. In qui-
bus verbis vir ille sapientissimus, com-
memoratis omnibus quæ in summo pretio
apud homines habentur, sapientiam il-
lis omnibus longe præfert. Nec his con-
tentus, eam bonorum omnium ma-
trem esse confirmat, & bona omnia sibi
cum illa obvenisse testatur. Denique Sa-
lomon consona voce, Melior est, inquit,
sapientia cunctis pretiosissimis, & omnia quæ
desiderantur, huic non valent comparari.
Quis igitur his tantis divini Spiritus testi-
monijs non summum quoddam & præstan-
tissimum bonum in hac sapientia positum
esse intelligat, etiam si eius suavitatem atque
delicias nondum fuerit expertus? Similia
his legimus. Iob 28. & Baruc 3. quæ
brevitatis causa omittenda duxi, cum in
promptu & ad manus ea sint. Spiritus enim
sanctus ubique sui similis eadem & in his &
in alijs Scripturarum locis de sapientia dig-
nitate prædicar, cuius actionem & officium
serum divinarum contemplationem esse di-
ximus. Qualis autem sit eo cum felicitas,
qui se huic officio dediderunt, eleganter

D. Gregorius Theologus in Apologetico
suo describit, cum docet se cœlestis huius
Philosophie amore incensum, quæ otio &
quiete alitur, pastoralis officij curas & sol-
licitudines vitare voluisse. Eius verba, quæ
dignissima sunt quæ legantur, hoc in loco

D.
Greg.
Naz.

A s

attexere volui: Subibat, inquit, animum
meum amor quidam, tranquillæ vita, atque
ab hominum frequentia semotæ, quam cum
jam inde à primis annis adamassem, factoque
periculo vehementius eius amore atque desi-
derio flagrarem, non tuli me imperiose cogi,
atque in medios tumultus contrudi, ab hac
vita perinde atque ab asylo quodam per-
 vim avelli. Nihil enim mihi fortunatus eo
homine esse videbatur, qui clausis compressisq;
corporis sensibus, atque extra carnem mun-
dumque positus in seque collectus (nec nisi
summa necessitate impellente, quidquam hu-
manarum verum attingens) atque & secum
in se, & cum Deo colloquens, superiorem
rebus in aspectum cadentibus vitam agit, di-
vinasque species & imagines puras semper,
nec ullis terrenis & errabundis formis per-
mixtas in seipso consert, ac Dei, rerumque
divinarum purum omnino speculum est, in-
disque efficitur, lucique lucem, obscuriori
videlicet clariorem adiungit, ac iam futuri
ævi bono fruitur, & cum Angelis versatur.
& licet adhuc in terris agens, terram deserit,
atque à spiritu in celo collocatur. Si quis
vestrum hoc amore correptus tenetur, quid
dicam, intelligit, atque affectu rei, in quem
tum inciū. facile ignoscet. Hęc omnia vir-
hic divinus. Quæ quidem satis esse debent
ut hujus studij dignitatem atque delicias
agnoscamus & felicitatem eorum, qui vi-
tam omnem, atque seiplos huic studio con-
severarunt, intelligamus. Simili spiritu D.
August. & huic studio addictus erat, & feli-
citatem eorum, qui simili desiderio flagrant,
describit. Sic enim cum Deo loquitur:

D.
Aug.


Te mediter per dies sine cessatione , te sentiam per soporem in nocte , te alloquatur spiritus meus , tecum fabuletur mens mea . Felices , qui nihil aliud diligunt , nihil querunt , nihil etiam cogitare didicerant . Felices quorum spes tu solus es , & omne opus eorum oratio , haecenus ille .

Hæc de opere . Nunc de operis Auctore , quo uberiorem fructū ex huius operis lectio- ne capiamus , pauca dicenda sunt , & ea solū , quæ ad hoc institutū pertinent . Nam de vita eius & pastoralis officij administratione , po- steris , qui eius familiaritate usi sunt , scriben- di cura & facultas erit . Nos enim eius præ- cepti memores [quo neminem in vita lau- dare monemur] ab hoc officio supersede- mus . Hujus itaque operis auctor fuit Reve- rendiss . Archiepiscopus Bracharensis , & Pri- mas , ex D . Dominici grege ad hanc digni- tatem assumptus . Qui priusquam ad hoc munus cooptaretur , viginti fere annis in nobilissimo Cœnobio Victoriensi , S. Theo- logię Cathedram cum maxima sua laude moderatus est , & in ea meritissimo iure magisterij honore laureatus . Quamvis au- tem Scholasticę Theologię studia præcipue coleret , numquam tamen hoc ipso tempore mysticę Theologię (quam is charissimam habebat) studia intermisit , auctorum li- bros , qui de ea diligentius scripserunt assi- due euoluens , & præcipuas eorum senten- tias carpens , scriptoque consignans , ut fre- quenti earum lectione & in Dei amore , & virtutum studio quotidie proficeret . Cum ergo his rationibus bonus Christi odor ef- fectus esset , Sereniss . & sanctiss . Regina D :

Catharina, quę in demortui viri loco Lusitaniæ Regnum modeiabatur, hujus boni odoris virtute permota, ipsum Bracharen-sis Ecclesię in Pastorem præficiendū curavit. Quod ille munus ex majorum suorum im-perio, Ecclesiastica censura coactus, recu-sare non potuit, alias nulla ratione subitu-rus. Qui cum astantibus omnibus Cœno-bij Vlysiponensis Fratribus præceptio pa-ruisset, hoc de se testatus est. Ego, inquit, hoc nomine à multis accusor, quod ni-mium propositi mei tenax sim, in hac au-rem una ie coram vobis profiteor me te-nacem futurum, quod ab omni fastu & splendore domus & familie alienissimus ero, eamque humilitatem in cultu cor-poris, in mensa, cæterisque similibus quam monachus sectatus sum, in Epis-copatu retentum; nec me ulla vis aut ra-tio ab hac mente & consilio umquam re-vocabit. Hoc quidem ille pollicitus est: quod quam plene ad hunc usque d em præ-stiterit, tota Lusitania testis est. Parcissi-ma enim mensa, & exigua supellectili, & familia contentus, quæ sibi ademit, nec in consanguineos, nec in famu-los, aut aliqua ei necessitudine coniun-ctos, non denique in palatiis ornandis, & ampliandis, sed in miserijs paupe-rium sublevandis, & adolescentibus in lite-ris & moribns instituendis, impendit. Ad quod plenius præstandum Collegium ibi-dem ex Patribus Societatis Iesu extulit, qui hanc docendi causa provinciam susciperent. In insigni etiam & numero populo Via-rea, monasterium D. Dominici, hoc est.

instituti sūs similiter à fundamento erexit,
atque dotavit. Is igitur inter varias Pasto-
ralis officij euras , numquam Rachelis suæ
amplexus defecit , sed diem pastoralis offi-
cij curis , noctem Deo offerebat. Quo te-
pore quidquid de mystica Theologia à sum-
mis viris , hoc est , Dionysio , Bernardo ,
Bonav. Gersone scriptum est , studiose le-
gens , has gommas super aurum & topazion
pretiosas nobis ministravit Quibus ego le-
gendis tantopere delectatus sum ut vere
affirmare possim , me nihil hactenus in vi-
ta legisse , quod aciores pijs hominibus sti-
mulos ad huius cælestis philosophiae amo-
rem adderet , maioremque lucem his , qui
huic studio dediti sunt præferret. Est enim
hæc Theologia ut altissima , & inaccessa ,
iuxta multa habet quæ magistro egeant , tum
in ea experientissimo , tum in Scholastica
etiam Theologia doctissimo , ut suis , hoc est
propriis verbis ea quæ sentit , enuntiet. Qui
etiam scopulos omnes , & pericula quæ hoc
itinere gradientibus obtingere solent , de-
tegat , & ostendat ; qui etiam vitia virtuti-
bus finitima (quod in hac parte evenire so-
let) aperte declareret. Denique ut in summa
dicam , præcepta omnia quæ ad hanc divi-
nam philosophiam necessaria sunt , in hoc
brevi volumine studiosus Lector se depre-
hendisse gaudebit , atque eo magis , quo
paucissimos huius altissimæ philosophiae
magistros inveniet. Stylus autem ipse & ra-
tio dicendi humilis est , ut simplicioribus
Monachis , qui minus Latinis litteris ope-
ram dederunt , planus esset & facilis. Ve-
rum enim illud est quod Græco Proverbio

dicitur, Quantumvis ruidus dico, modo
clarus. Et illud item D. Aug. Nihil interest
an clavis lignea sit, an aurea, si non minus
illa quam hæc quæ sunt clausa aperire va-
leat. Neq; vero simplices & litterarum rudes
ab hujus altissimæ Theologizæ studio arcen-
di sunt, modo humiles sint. Lex quippe Do-
mini sapientiam præstat parvulis; & , ut
Særvator noster ait quæ sapientibus & pru-
dentibus huius sæculi abscondita sunt, par-
vulis à cælesti Patre revelantur. Illud po-
stremo dicendum est . quod hunc quidem
libellum Reverendiss. Antistes non ut excu-
deretur & in publicum prodiret , sed sibi
uni descripserat : Cuius ego lectione adeo
captus fui , ut eo magis connivente quam
volente typis committerendum , & in publi-
cum edendum curaverim ; ut non ille so-
lum , sed pīj omnes atque ij præsertim qui
mysticæ Theologizæ studijs vacant , huius
pretiosissimi thesauri participes efficerent-
ur. Vale.





COMPENDIUM SPIRITUALIS

DOCTRINÆ

EX VARIIS SANCTORVM

*Patrum sententij magna ex-
parte collectum.*

Prima huius compendij Pars, in
qua de mortificationis virtu-
te & purgatione vitiorum
agitur.

*Remedia septem communia adversus
omnia vitia. Caput I.*

QUONIAM prius evellere quam
plantare, priusque animæ speculum
a vitiorum & pravarum affectionum sordi-
bus purgare, quam ad splendidissimam divi-
nae claritatis lucem attollere jubemur, prior
huius operis pars ad vitiorum purgationem
posterior vero ad sanctæ Meditationis, Ora-

tionis, & Contemplationis studium deser-
viet. Ut autem debito ordine procedamus,
prius quidem communia, deinde singularia

D. vitiorum remedia ex quodam B. Bonaven-
Bonav. turæ. Opuscule, quod de Remedijs vitiorum
inscribitur, tradenda sunt. Is igitur hæc sep-
tem communia vitiorum remedia assignat.
Primum quidem paupertas, ut scilicet om-
nibus in rebus aliquam patiaris penuriam,
non solum in his quæ desideras (quia etiam
ditissimi plura cupiunt, quam habeant)
sed etiam in his quibus necessario indiges:
hoc est, in vita, vestitu, hospitio, mini-
stris, & similibus. Secundum, Tui ipsius def-
pectus: ut videlicet libenter patiaris vil-
pendi, negligi, nulla in re singulariter ho-
norari, sed potius velis confundi, expro-
brari, vituperari, donec tumor elationis pe-
nitus in te comprimatur. Tertium, Stre-
nuum magistrium est, ut ea facere cogaris,
quæ alias invitus faceres: & ea dimittere,
quæ libenter amplectereris. Nec velis
quidquam habere, agere, loqui, nisi quod
tibi prout alterius permittatur: donec
curvitas propriæ voluntatis ad formam re-
stitudinis reflectatur. Quartum, Elonga-
tio à consortio secularium, sicut enim aqua
turbida sibi relicta sensim purificatur, ita
mens religiosa à sèculo sequestrata circa
terrena minus afficitur, & celestia ardentius
incipit expetere, & purius intelligere. Quin-
tum, Oratione frequens, quæ langorum om-
nium curationem, & vitiorum victoriam
Exo. 17. impetrat. Sic enim Moyses cum manus ha-
beret in cælum portetas, victoriam de ho-
sibus reportabat. Sextum, Quælibet affli-

PRIMA PARS. 3

atio vel tribulatio ingrueat, ut labor, infirmitas, persecutio, tentatio, infamia, & cetera huiusmodi. Sunt enim haec velut lima rodens, quae ferrum rubiginosum redere solet splendidum: quae licet in principio molesta sit, consuetudine fit tolerabilius, adeo ut iam non neglegi, sed potius diligi incipiat, propter profectum sanitatis inde provenientis. Exemplo sit cauterium, quod quamvis primo acerbum sit, tamen sopita carne agrotum non cruciat, & superfluos ac noxios humores exrahens, illum in pristinam & optatam restituit valetudinem. Septimum, Assidua meditatio, & mortis, & celestis beatitudinis.

SEQVNTVR REMEDIA
propria singulorum vitiorum, &
primo Superbia. Cap. II.

Primum remedium est, Consideratio nostrae vilitatis secundum corpus & animam. Quis fuisti, quis es sub cutem, quae sordes ebulliunt per meatus corporis, & similia. Cogita quod honores nemini impenduntur propter se, sed propter quæsumus quem inde sibi pollicentur assentatores: similes enim sunt vulturibus, & canibus, qui accurrunt ad cadavera, quod inde sperent famem explere, sed cum usque ad osa corosserint, relinquunt illa insalutata. Cogita præterea quod quæcumque bona in nobis sunt, non nostra, sed Dei dona sunt: quæ licet nos ad maiora obligent, tamen illa maligne foedamus, multipliciter maculan-

tes sacrificium orationum , & actionum
Mala autem nostra pure mala sunt , digna
supplicjjs. Venit item in mentem quot pe-
ricalis simus expositi , presertim omnium
maximo , nempè damnationis æternæ.

Secundum remedium : exercere se in humili-
ibus operibus ac despectis , humili habitu
incedere , humiles profiteri mores. humili
loqui verba , novissimum locum eligere ,
nil iactantiae aut ostentationis appetere.
Quod si pro huiusmodi humiliatione sentis
te pulsari superbia , perge fortius in virtute
proficere , nam virtutis assiduo usu glo-
riola hæc evanescit.

Tertium , attenderet toto animo humilitatem Christi I E s u , & Sanctorum omnium ,
quibus comparati (quantumvis humiliemur) erimus sicut locustæ ad gigantem-
calculis ad montem , gutta ad flumen : de-
nique inter nos & illos vix erit proportio-

Remedia contra invidiam , & odium. S. I.

Primum & præcipuum remedium est , non
amare aut cupere terrena , inde enim nascit
ur invidia simul & odium. Secundum , illud pro comperto habere , quod licet penes
alios non essent quæ invides , non ideo tibi
possidenda traderentur. Tertium , certo
scire , invidiam nil aliud esse quam tineam
cordis tui , tibi soli noxiæ & mortiferam.

Ad radicitus extirpandum odium adver-
sus proximum tuum conceptum , illud at-
tente consideres , quod quando cum fra-

te non redieris in gratiam, Deo ipse Optimo invitus existas, apud quem interim nullius momenti sunt quælibet opera tua. Stude igitur illi esse gratiæ, & affabilior, quem tibi acrius adversari cognoveris, sic enim leuies cor ipsius & tuum. Multa te molestant, & turbant. Quid miser oleum addis camino, cum iniurie aculeo ipse rancorem accumulas? Tot enim passim insurgunt nobis adversantes, ut si velimus eos opprimere, & in omnes offensiones servare prius gravissimo oneri succumbendum sit, quam omnes exterminare valeamus: si vero es mitis & patiens omnes vicisti incruenta (quod mirum est) victoria.

Remedia Tristitiae. & Accidia. §.II.

Primo advertendum est, hæc tria si proprie loquamur, differre: Nempe aliud est Tristitia, aliud est Pigritia, aliud Accidia. Tristitia est amaritudo mentis, quæ nil luxuri vel salubre recipit, tædio pascitur, fugit hominum consortia, fastidit gaudia quæque. Pigritia est torpor quidam mentis, qui somnum & omnia commoda corporis amat, horret labores, fugit aspera quælibet, ut frigus, laborem: otio delectatur. Accidia vero illa dicitur, quæ fastidiens quæ Dei sunt, ad cetera agilis & alacris semper existit. Oratio est ei insipida & ingrata, festinat expiere velocissime orationem debitam, à laudibus Domini refugit, rumoribus pascitur, ludis delectatur, excogitat negotia, quibus occupetur, cella ei cancer est, vagari mente & corpore diligit, nil

molestius habet quām Deo intendere, & iis quæ ad profectum spiritualem spectant: omnis rigor disciplinæ spiritualis est illi gravis, contra illum murmurat, conque ritur assidue de duritia Prælatorum, & disciplina zelantium.

Primuni ergo remedium est, ut se cogat (licet violente) ad illa virtutis studia frequentanda, quæ maxime fastidiat, præcipue ad orationem, & celebrationem divinorum, tamdiu, quo usque Dei gratia, tedium vertatur in oblationem: nec ces sandum est quamvis ea gratis differatur: nam de labore luctaminis meritum accrescit, virtus roboratur, & tedium paulatim minuitur. Deus enim ipse non requirit à nobis que non accepimus, nemp̄ sensibilis devotionis gratiam, sed hoc maximè vult, ut toto cordis affectu eam quæramus. & donatam conservemus, & pro concessâ gratias agamus. Fieri enim potest, ut plus meriti proyeniat ex pugna ad obtinendam devotionem / etiam si is qui orat non proficiat) quām si absque ullo proprio labore multa devotione interna vigeret. Eā namque posset extollî, & ideo meritum minui; illā verò cor humiliatur, & meritum altius progreditur. Contra tristitiam præfens remedium est frequens memoria benignitatis Dominicæ, & recordatio beneficiorum eius, consuetudo bonorum, occupatio animi, & corporis, legendo, docendo, disputando, discendo, manibus operando, corpus castigando, & similibus.

Gerson. Tristitia parit aliquando spiritum blasphemiarum cuius (dedicit Gerson) non solum

PRIMA PARS. 7.

à maligno spiritu suggeritur , sed habet etiā causas naturales , videlicet vacuitatem cerebri obiciunum , aut eius plenitudinem ex evaporationibus crassis ex nimia potatione , ingluvie , & otio provenientibus . Hanc autem blasphemiae tentationem (quæ plus molestiæ quam periculi habet) prudenter expulit quidam Religiosus pater , qui rogatus à quodam quo pacto posset infestuni hunc hostem superare , respondit : Ne cures hos dæmonis aculeos tili mi , in me suscipio hæc omnia peccata .

*Remedia contra Avaritiam , id est ,
anxiæ congregandi cupiditatem ,
& conservandi nimiam tenacitatem .* §. IIII.

P rimum ac præsentissimum remedium habetur , nil proprium habere , sed omnino in communi vivere . Secundum . Attente considerare laqueos , & vincula divitiarum , & itidem paupertatis libertatem . Tertium , Totum se Deo plene committere , qui nunquam derelinquit sperantes in se .

Remedia contra Gulam . §. IIII.

N on habere præ inopia , unde etiam si velis , possis gulæ satisfacere . Nam quo quis est pauperior , eò minus delinquet in voracité .

Considera quām ciō pertinat , quām brevis sit voluptas illa quæ ex edacitate

8 COMPENDII

proveniat: & quam fœda postquam abie-
rit, vestigia sui relinquat. Si palatum exi-
git, ut illud oblectes, cogita iam fecisse,
atque horam illam voluptuariā iam præte-
riſſe. Gula enim deditus eo oblectatur,
quod & ægritudine torquet corpus, & pec-
cato maculat animam.

Remedia contra Luxuriam. §. V.

Devitare familiaritatem feminarum, &
hominum impudicorum, non nutritre cor-
pus delicate nec (ur aiunt) curare cuticu-
lam, otium fugere: est enim sentina malo-
rum omnium, temptationum, cogitationum-
que malarum. Nam sicut per sentinæ ri-
mam aqua tacite & latenter obrepit,
donec navis tota mergatur, ita ex otio,
cogitationes & concupiscentiæ multiplican-
tur, donec métis nostræ cymba peccato con-
sentiat. Item claudere fenestras sensuum ab
illicitis. David peccavit quia vidit uxorem
2. Reg. Uriæ; Eva quia vidit lignum quod esset
11. Gen. 3. bonum: nec aliter Dina, quæ quod esset
Gen. 34. curiosa ad videndum. Non expedit intueri,
quod non licet sine crimine concupiscere.
Quanto rarius vides, vel audis quæ mun-
di sunt, tanto affectio tua ad ea concupis-
cenda frigidior erit; & quo magis secula-
rium commercio delectaris, eo magis secu-
li pulvere respergeris, quo latenter paula-
tim tenebrescis, & affectus erga Deum
mire tepeſcit. Esse namque in pistrino,
& nullo aspergi pulvere, vix est possibile.
Item, repressio internarum suggestionum
procuranda est: ubi namque domestici per-

PRIMA PARS 9

fidi sunt , irrita est omnis exterior custodia. Demum præ omnibus observandum est devotionis studium , quæ rorem cœlestem hostiles astus infringentem potens est impetrare.

Abstinentia salutaris documentum.

Cap. III.

S I spiritu ambulamus , non ideo amittimus delectationes, sed traducimus à corpore ad animam, ab exterioribus sensibus ad interna, quibus reformata anima ad imaginem creatoris sui iucundissime resfloescit , reformatur caro , & iam libenter ea amplebitur . quibus spiritus oblectatur. Simplex aqua, simplicia legumina , ventri bene morigerato gratarter ac delectabiliter satisficiunt. Nam condimentum divini amoris quod hisce adiungitur, omnia reddit dulcia : voluntas parit usum , usus affert exercitationem, exercitatio vires subministrat. *Hæc D.*
Bernard. in Epist. ad Fratres de monte Dei. Bern.

Bonaventura tamen inquit , triplici de causa abstinentiam esse moderandam , Primo, quando fit contra Præfecti præceptum, *Bonav. D.* non enim licet abstinentia uti contra Superioris iussa. Secundo , quando abstinet quispiam cum evidenti sociorum scandalo. Salutarius enim est , & ad exercitationem spiritualem commodius , charitatis affectu moribus vivere communibus , quam cum fratri scandalo, præ ceteris speciali uti abstinentia. Tertio , quando abstinentia sus-

16 COMPENDII.

cepta vires nostras excedit , ea namque indiscreta dicitur , & vitiosa.

D.
Bern.

Quapropter de his abstinentibus loquens inquit Bernardus Serm. 19. super Cant. Non vultis esse contenti cōmuni vīta non sufficit vobis regulare ieiunium : non solemnēs vigiliæ , non imposita disciplina non mensura quam vobis partimur in vestimentis vel alimentis , privata p̄fertis communib⁹ , qui vestri curam semel nobis commisisti , quid rursum de vobis vos intromittitis ? Nam illam qua toties Dōminum (conscientiis vestris testibus) offendistis propriam videlicet voluntatem , ecce nunc iterum magistram habetis , non me. Illa vos docet naturæ non parcere , ratione non acquiescere , non obtemperare Sanctorum consilio , velexemplo : denique nobis non obedire. An nescitis quia angelus satanæ multoties transfiguiat se in Angelum Iucis ? Non enim habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam è corde vestro Dei & proximi dilectionem , quam si efficere possit , ut incaute & non cum ratione ambuletis.

Et idem , Serm. 33. Videas prōh dolor illos importune superflua queritare , qui prius necessaria obstinatissime recusabant , singularitate notabili conturbantes eos cum quibus debebant habitare unius moris in domo.

Vide & Serm. 64. & Serm. 3. in circums. ubi postquam docet tenendam esse discretionem , ne quid nimis , vel minus fiat , subiungit : At vero quia omnino rara ista avis est in terris , videlicet discretio tenens medium

C O M P E N D I I .

II

Cum, supplet locum discretionis virtus obedientiae, ut nec plus, nec minus, vel aliter quam imperatum sit faciat. Et in epistola ad Fratres de monte Dei, de abstinentia loquens ait: Iustum est aliquando caput dolere in servitio Dei, quod olim saepe laboravit usque ad dolorem in vanitate seculi: & venter aliquando esuriat usque ad rugitum, qui saepe repletus est usque ad vomitum. Atmodus in omnibus est tenendus, affigendum est corpus non conterendum. Nam exercitationes corporales jejuniorum & vigiliarum, si cum discretione fiant, spiritualia exercitia adjuvant: si autem cum indiscretionis virtus agantur, si, ut deficiente vel languescente corpore, spiritualia etiam studia impediuntur. Vnde qui sic crudelis est, suo corpori ausert bonum effectum, spiritui pium affectum, proximo salutare exemplum, Deo debitum honorem, denique sacrilegus est, & omnium horum in Deum reus. Vide Bonavent. c. 45. Meditat. vita Christi.

Documenta proœculis habenda ad perfectionem spiritualis vita aspirantibus. Cap. IV.

S I volumus sequi Salvatorem oportet in primis nos obedire voci propheticæ ut videlicet colligationibus dissolutis peccatorum, dissolvamus peccatorum fasciculos nos deprimentes, quatenus a terrenis acti-

B

bus dissoluti sequamur liberis gressibus Redemptorem. Numquam ergo permittamus cor nostrum sollicitari de aliqua re creata , nisi inde excitetur in nobis divini amoris affectus , quia multiplex labentium rerum varietas non solum animum distrahit , & pacatę mentis gratam interrupit quietem , verum etiam in animo gignit phantasias turbulentissimas. Deposita ergo onerosa sarcina affectionis omnium terrorum absque retardationis grauedine , properemus ad illum , qui liberalissime

Mat.11. nos invitat , dicens , *Venite ad me omnes qui laboratis , &c.* O Domine cuius rei es indigus ? Quare vocas ? Quid tibi commune nobiscum ? O charitas ineffabilis ! quis audivit talia ? Ecce invitat inimicos , hortatur reos , allicit ingratos , & profluit immeritos . O dulcissima verba intima precepsorum eviscerantia . Non te saudant verba hec anima mea ? O insania miserabilis , miseria , & vesania detestabilis . Vocamur ad requiem , sequimur laborem : invitamur ad solatium , querimus dolorem : promittitur gaudium , & pro eo libenter amplectimur marorem . Insensibiles merito habendi sumus simularies , cum rationis particeps effecti , dulce amarum , amarum dulce iudicemus . Levens oculos nostros in celum , & videamus , ubi nunc prostrati sumus , & de profundis ad ilam unicam manum adjutricem perseverantes clamemus , frequentissima oratione , frequenti , & pura confessione : quia tandem fiet , ut ille qui te eduxit ex utero matris tue , & vocavit per gratiam

PRIMA PARS. 13

suam, revelet in te imaginem Filij sui, de miseranda Aegyptiaca servitute te transferens in libertatem filiorum Dei. Cumque jam in novi hominis viam ingredi cōperis (quę inter amorem & timorem est humilitatis semita constituta) tunc per ipsius humilitatis viam ad eminentiora cōscendens, poteris te in altioribus exercere.

Hæc igitur diligenter observa. *Primo*, Totam animi spem plene in Domino colloca, humanis consolationibus penitus depositis. *Secundo*, A veteri fermento vitiorum, & pravarum concupiscentiarum stude omnino emundari, & liber esse: nisi enim catenas has fregeris, anima in carceribus detenta, non poterit ad cælestia convolare. *Tertio*, A curis superfluis, occupationibus, & negotiis te exime quoad poteris. *Quarto*, Labores, & tribulationes diligito, & in eis delectare, si enim assueveris maxima mentis hilaritate iugiter perfrueris. *Quinto*, De nulla re conqueraris, quia cum omnium creatorem offenderis, nil est, cū conqueri possis de aliqua creatura. *Sexto*, In omnibus his, quę ad te pertineant, asperitatem amato, vilitatem, parcitatem sectare, non tamen sic in aliis, immo cūpias ex animo, & id agas opere, si possis, ut aliis largè provideatur, reputans eos dignos consolatione, condolens tamen ex charitatis affectu (si ita necesse sit) eorum vitiis. *Septimo*, Honores, favores, aurantium popularem tamquam mortiferas pestes fugito, teipsum assidue intuens, numquam tibi, tuisque consiliis omnino fidas. Cete-

rum si de te ipso victoriam fueris assecutus,
 nullus hostis interior vel exterior tibi no-
 cere poterit. Te ergo despicias, cupiasque
 ab omnibus despici, reputesque te nomi-
 num omnium valissimum, amore illius,
 qui abjectissimam, servi sumpsit formam:
 sic & tranquillitatem animi adipisceris, &
 scandalum ignorabis. Octavo, Mortificatio
 curiositatatis in te tanta sit, ut nulla in te
 te interius vel exterius implices, ubi spiri-
 tuale aliquod lucrum non insit, nec sis va-
 gus mente aut corpore, rumores vanos ne-
 cures. Nono, Diligentissime custodias sen-
 sus exteriores, ut nil velis sentire, nisi
 quod animæ sit commodum: præ omnibus
 linguam arctissime restringito, ita ut nil
 nisi interrogatus loquaris, vel necessitate
 vel utilitate euidenti provocatus: tunc ve-
 ro cum animi modestia, & timoris dulce-
 dine, breviter & submisse loqueris, maxi-
 me fugiens supervacuam verborum copiam.
 Decimo, Amor solitudinis, sacrarumque
 vigiliarum in te habitet, sollicite semper
 captabis opportunum tempus ad elevatio-
 nes mentales. Undecimo, Officium Divi-
 num summa devotione persoluito, oblitus
 omnium terrenorum, quasi inter Angelo-
 rum agmina constitutus, divinas laudes
 cum eis pariter cantare studeas. Duodecimo,
 Intimum geras affectum erga Beatam Vir-
 ginem matrem misericordiæ, tutissimum
 afflictorum omnium refugium & nullus dies
 abeat, quo illi specialiter te totum non
 committas. Decimatertio, Summopere fu-
 gias ne esse est, frigiditatem accidix, sem-
 perque enitere, ut interius atque exterius
 plene sis tranquillus, ideoque nulli un-

COMPENDII.

13

quam hominum aliqua in re obſtitas , vel
repugnes : ſed potius comiter per omnia
omnibus acquiesce , dummodo id ipsum
divinæ laudi , vel animæ ſaluti non refrā-
getur. *Decimoquarto* , Quæcumque vide-
riis , te ædificent , nihil te turbet , nec com-
movearis animo (plus debito) viſis alio-
rum defectibus , ne forte iniuitati addens
miquitatem , alienis fodiibus polluatis : &
dum ipſe cupis aliis ſubuenire , deterius
corrucas in profundum. Potius igitur omnia
illa , quibus non poteris ſine detrimen-
to prodeſſe , benigna tegens charitate , illi
ſummae ſapien-iae p rovidenda permitte , q uæ
novit bona de malis eligere : ſic in bonis
operibus pariter & malis ſpiritualēm pote-
ris reperire proſectum. *Decimoquinto* , Ma-
ximo ſtudio mentem , & cor tuum cuſtodi-
to , ita ut ſolum ſpiritualibns , exercitatio-
nibus mancipentur , & expulſis imaginibns
& concupiſcentiis externalium rerum , ea-
rum creatori ſolummodo vacare valeant :
ita denique mentem habeas Deo addictam ,
ut omne opus tuum nil aliud fit , quam iu-
gis oratio. *Decimosexo* , Homines omnes
diligo intime charitatis affectu , ut in
enibus eluceat divinæ Maiestatis imago ,
ideo egentibus , & infirmis , ita blandè in-
ſerivas , ut pia mater unico filio , imo ſicut
Christo ipſi feciſſes , cum ipſe dicat : *Quod*
uni ex minimis meis feciſſis , mibi feciſſis.
Sic tamen corporalia ministeria exibebis , ut
quod illis accreverit , ſpiritui non deciſ-
cat. *Decimoseptimo* , Omnibus obedire ſa-
tage etiam minoribus , propter Christum
teipſum abnegans , & propriam respuens

Ma 25.

16 PRIMA PARS.

voluntatem , ita ut in omnibus ; nisi mala
sint, aliis obsequi studeas : nulla in re pre-
beas te alicui onerosum , sed potius in
charitate Christi gratum , & iucundum te
omnibus exhibeto : fugies tamen amici-
tias & familiaritates privatas & singula-
res. Summe caueto , ne unquam verbo,
vel facto , vel gestu , alicuius similitatis,
odij , clamoris, injurię, turbationis , mur-
murationis , scandali , aliquatenus , per te ,
vel per alium causa , aut occasio fias : sis
denique affabilis non scurrilis. *Decimo-*
octavo , Gratias tuas spirituales internas ,
aut prelia nunquam reveles alicui , nisi
forte probato & intimo in Christo amico ,
cujus doctrina in his usui esse possit. Hoc
potissimum præ omnibus contendere , &
enitere , ne quibuscumque negotiis impli-
ceris , die , nocte , quolibetque temporis ar-
ticulo semper divina Maiestas versetur ob
oculos tuos , firmiter credens & cogitans
Dominum Deum coram adesse , & undique
te aspicere. *Decimo nono* , Poteris autem
sequentia & similia cogitare cum reveren-
tia , timore , & amore prostratus coram eo
veniam delictorum postulans amatissima
cordis compunctione. Quandoque appa-
rebis interius in conspectu Dei in Cruce
gladio compassionis confessus , & cum eo
insimul vulneratus : nunc totius vite suæ
progressum ob oculos statues , quam obli-
quitati tuę rectitudinis lineam opponens ,
& immensa Domini beneficia in memo-
riam revocans , ad mirabilem ipsius boni-
tatem intimè contemplaberis : nunc cœle-
stis patriæ desiderio accensus , ineffabilem

erga homines divinam charitatem recognoscens, tui ipsius misericordiam deplorabis, qui tot beneficiorum immemor mitissimum dominum, nunc te violente trahentem, nunc benigne sublevantem, nunc misericorditer retinentem, hostiliter fugias.

Vigesimo. Diligentissima tui custodia adhibenda est, ad effugiendos loqueos & retia, quæ subdolus hostis non cessat captiose apponere ad animas misere decipiendas, ut ea & oculis lynceis videoas, & cordis humilitate subterfugias: sæpe in die accurate discutias, quibus in actionibus tuis deliqueris, & delicta pure, integre, ac veraciter confitearis, absque omni vela- mine excusationis, occultationis, seu palliationis, distincte & ordinate omnes tuos retegens defectus proprio sacerdoti. Et primo quidem te accusa de omissionibus, in quibus erga Deum deliquisti, maxime in oratione, tam mentali quam vocali: deinde aperies defectus in observatione iustitiae quoad proximum. Postea dic commissiones ex mala custodia sensuum, & affectionum sensibus adiacentium. Absit autem hæc confiteri sine prævio dolore, & decreto in posterum cavendi, atque occasionses omnes ad ea impellentes toto animi conatu prescindendi. Præterea saltè semel in die hæc quinque attente meditare, scilicet, quam brevis, & fugax vita, quam lubrica, & fallax via, quam incerta & dubia mors: quæ præmia iustis, quæ supplicia iniquis parata sint. Tu tamen interea, dum hæc feceris, semper te servum inutilem reputa, & indignum omni bene-

18. PRIMA PARS.

ficio , firmiter & indubitanter retinens certissimam spem , fore , ut misericordiarum Pater aperiat tibi immensæ miseracionis suæ viscera. Illud omnino tibi velim persuadeas , quod nisi te ipsum perfecte abnegaveris , Salvatorem Dominum sequi non poteris , & sine sollicitudine & labore assiduo gratiam eius obtinere nequibus: Item necesse est , fores eius frequenter pulsare , non enim aliter ingredieris ad pacem mentis : nam nisi constanter te in timore Domini continueris , domus tua cito corruet in profundum.

D. Fortè (inquit Bonavent.) ideo negligis hac via spiritus incedere , quod timeas de singularitate notari , arque ideo odiosus aliis fieri : scias velim neminem sanctorum singulari gloria in cæla donatum , nisi qui inter mortales positus studit esse in sanctimonia vita singularis. Hoc tamen de singularitate virtutis dico , non de ceremonialibus observantiis parum aliquid solidæ virtutis habentibus. Studia verò sanctitatis in his tribus potissimum consistunt: si caveas omne peccatum & omne scandalum , quod fieri poterit : si humiliter virtutibus omnibus insistas , & in his proficere pergas : si inquiras familiaritatem Dei per affectum devotionis internæ. Nulla enim bona societas videri debet , per quam studia hæc animi destruuntur.

Nam cum pro iustitia sicut pro fide pati teneamur , non solum irrisiones & opprobria , sed etiam afflictiones , & persecutions quilibet & mortem denique ipsam , si opus sit , exemplo Sanctorum qui ante nos

pro Christi nomine passi sunt, & patienti-
tur in diebus novissimis, potius quam si-
dem deserere, vel vita integratatem pec-
cando contaminare.

Discamus in minimis verborum & con-
tumeliarum afflictionibus ita pugnare, ut
si graviora nobis immincent pro Christi
gloria certamina, omnia patientissime
superare valeamus. Nam qui à levi flatu
huc & illuc impellitur, quomodo stare
poterit valido vento perflante? Necesse
est igitur, ut nos in ipso virtutis actu vali-
de exerceamus, ad ipsius fastigium aspi-
rantes; nam qui maioris profectus studium
in se non diligunt, vix possunt in ceteris
secum commorantibus illud equanimiter
sustinere. Vnde sicut illi non relinquunt
consuetudines noxias & pessimas nostri
causa, sic etiam non opportet nos honesta
virtutis studia abjecere propter illos: si
enim volunt ad vitam ingredi, expedit eos
nostra non sua via incedere. *Hæc ex Opus.
D. Bonaventuræ virginis quinque memora-
bilium.*

*Alia duodecim documenta fugienda
otiosa Dei præsentiae. Noxius &
bonus pudor &c. Cap. V.*

PRIMÒ, summopere fugias vagationes,
scurrilia & otiosa verba caveris; in iis
enim tempus fructu expenditur, & si cor
(ut plerumque fieri solet) in eis defgitur,
pondere Dominici timoris dissoluuntur;

20 PRIMA PARS

exhaustur affectus interne devotionis, strepitus denique quidam interius suscitatatur, quo puritas mentis quasi teterrimo quodam pulvere, in dies incipit obscurari. Ideo in quocumque occurrente negotio, quod ad tuum vel alterius profectum non artineat, nolito immorari, sed inde quam celeriter euola.

Secundo, Provide Dominum in conspectu tuo semper, ne vana lætitia, aut importuna tristitia commovearis. Mundus namque, in quo fluctuantes agimur, variis tempestatibus agitatur, & ideo qui egrè fert cordis sui navem mundanis quassationibus concuti, vel ventorum flatibus in scopulos impelli, vel validis undarum incurribus penitus demergi, bonarum cogitationum funibus ad immobilem petram eam affigat necesse est. Petra autem Christus est. Funis hic, quem diximus, ut tenacissime retineat, nec facile rumpi possit, ex triplici resticulo est componendus: videlicet ex sanctarum Scripturarum assidua lectione: ex sedulę orationis compunctione: ex bonarum actionum humili exercitatione. Lectio suggerit materiam, & quasi semen bonæ cogitationis. Oratio rigat, & ad profectum roborat, cor illuminat ad intelligentiam, affectum novissimè impingnat ad saporem. Bona vero actio / præfertim quando est condita pinguedine charitatis, obedientiæ, aut alterius virtutis / lætitificat conscientiam, donat fiduciam. & si ad horam intercipit devotionis quietem, postea tamen pro mea, affequitur largiorē dulcedinis

1. Cor.

infusionem, & gratiam puritatis. Vane cogitationes nullam in mente tua moram faciant: citissime namque solent maculae animam alicuius criminis foeda labe, ut luxuriae, vanæ gloriæ, & odii.

Tertio, Inter homines duo hæc pro viribus fugito: vanam nempe ostentationem, nullam quærens gloriam in gestu, voce & sermone. Præterea vitandus est maxime superflus pudor in his, quæ agas, aut loquaris coram hominibus: sed ita liber esto inter illos, ac si solus es: quod si intus rubore perfunderis, foris tamen prudenter reprime. Nam evidenter superbia signum est, confundi, aut erubescere de nativis defectibus, ut de deformitate oris, de vocis ruditate: item erubescere de vilitate vestis, aut de humiliis obsequiis grave superbia crimen in religioso habendum est. Is tamen pudor honestissimus habebitur, si erubescas de vitio vel scandalo, quibus Deus ipse offenditur, vel proximus scandalizatur.

Quarto, Ostendam autem, ne forte te fugiant, de quibus confundi cœbeas intratem ipsum, & coram Deo.

Erubescere interius de omissione bonorum, quæ negligentia tua prætermittis: erubescere quod tempus labatur, profectus vero virtutum in te non crescat: et erubescere de hypocrisi, quod haberi cupias foris honestior, quam intus existas. Quod vitia tua occultes non sollicitus de fratribus nocuendo, sed metuens displicere, aut viliendi.

Quod honestis actionibus tuis, ho-

minibus velis placere, ut ex his, quæ foris
conspexerint, multo majora te intus habe-
re coniijciant. Quòd aliquando (etiam in
confessione) peccata, quæ graviora vide-
ri times, ita ordinat, verba prætermittens,
subiungens, aut componens, ut minus ap-
pareant verecunda, vel forte si satis nude
profers, in eo gloriari, & ea de causa cu-
pis ab ipso confessore sanctus haberi. Quòd
desidiose pugnas cum temptationibus maxi-
me carnalibus, & aliquando solo confusio-
nis pudore eas expellis: quòd desidiosum
te præbeas in his, quæ Dei sunt: quòd
plura extorqueat à te pudor humanus
quàm Deo debita reverentia: quòd ingra-
tias lentusque ad beneficia, & interna Dei
adiutoria, & ad bonum incitamenta, exi-
tas: Quòd negligens sis in solutione Ho-
rarum corde, & ore, ut iam potius suppli-
cium inde tibi sit metuendum, quàm me-
ritum expectandum, quia & male pronun-
cias, & eorum, quæ dicis, nec percipis sen-
sum, nec his mentis affectum attente præ-
stas, sàpe non attendens dixeris nec ne, ni-
si forte ex conjectura alicuius verbi quasi
ex caudæ apprehensione reputes te dixisse:
Quòd cum ad corporis curam, & commo-
da sedulus sis, tardus manus ad spiritus
profectum, ad carnis castigationem, ad
charitatis ac obedientiæ exhibitionem.
Demum super omnia erubescet, quòd hos
defectus & plures alios in te habens non
animo terroris, non corde compungeris,
non admissos discutis, non animadversos
corrigit, quasi Deus aliter tecum actutus
sit; quàm cum omnibus aliis, ut mala tua

COMPENDIUM.

23

admissa non puniat, & bona neglecta sit remuneratus: cum tamen ipse integerime dinumeret, districte mortales omnes iudicaturus, & severissime puniturus, nisi præveniamus faciem eius in humili confessione, forti satisfactione, & plena emendatione. Pro his igitur assidue erubefce apud te, & cum ita sit, nil mireris, si ab aliis iudiceris, & calumnieris, nec ideo alicui succenfeas, sed semper modestissime verecundare.

Quinto, Insuper quoad alios homines
à duobus his, velim, summopere caveas.

Primum, Ne curiosè respicias vel per-
quiras eorum vultus , habitum , gestus,
facta verba , & officia: si enim ista per-
scrutari ad te non attineret alicuius spiritua-
lis utilitatis , vel magisterij causa , ita hæc
omnia negligito ; ac si non essent ; nulla-
tenus circa illa detinens visum vel cor.
Secundum, Ut nullo modo iudices de aliis
quales sint , vel esse possint , in mente , in
moribus , in meritis , ea enim discussio
vana , & sæpiissime falsa , & temeraria cor-
tuum perturbatione affliget : & ideo si
contingat videre , vel audire de aliquo
quæ displiceant , perge , & cito oblivisce-
re , committens illum sibi & Deo : idque
tamen si ad te illius correctio non spe-
ciat ex debito magisterij , vel socia-
li familiaritate , vel deferendi necessi-
tate. Præterea ex animo plus compa-
tire peccantibus , quam naufragium in
mari patienribus : longe namque mise-
tabilis est in lacum inferni detrudi .

24 PRIMA PARS.

quam in profundo pelagi demergi. Comparere etiam miseris, eorum meseias pendens, ut sic in te pinguescat miseratio-
nis affectus, ex fratrum miseriis mentem attollens ad paupertatem & labores Chri-
sti qui pro nobis egenus omnium factus est.

Sexto, Tria sunt vitia jamdiu apud ho-
mines, pessimo usu inveterata, quæ ut à
nobis extirpemus, omnino elaborandum
est: à quibus si liberi essemus, in magna
mentis puritate & quiete vivere liceret.
Primum, promptitudo accusandi aliena.
Secundum, Adulatio, qua solent sibi in-
vicem blandiri laudantes, arridentes, de-
corporis salute, qualis sit, querentes,
(cum tamen nil ad hos spectet illorum bo-
na aut infirma valetudo) honores inutiles
variis modis offerentes, in quibus nihil
est emolumenti, præseruum cum non ex
affectu faciant, ut gaudeant, sed ex usu
ut placeant. Tertium est, propria sui ip-
sius gloriatio, quod ea, quæ facimus, di-
cimus, sentimus, mire nobis placeant, &
ea præferimus aliorum factis, gratiore
omnibus commendantes, & graviter in-
dignamur, si audientes nostra non miren-
tur: eosque spenimus quasi à fano iudicio
alienos, & ultra modum in laude nostra
delectamus: & si aliquando nos ipsos ac-
cusantes, humiliari videmur, non id faci-
mus sincerè, sed ea facta humilitate astute
alios provocare volumus in laudem ro-
stram, quasi auditores si officium faciant,
ægre ferre debeant, nos in his accusari,
quod laude potius dignum videri, debet:

vel saltem hoc facimus, ut humiles reputemur, si alia quibus placere possimus, in nobis non sunt.

Septimo, Non habeas superflua & curiosa, quia distrahunt, & occupant cor: quare nolim affectes habere imagines, tabulas curiose depictas, sudariola, globulos ex odorifero ligno aut alio quovis ad fabrefactos, nec species aromaticas, nisi evidenti coactus necessitate morbi, aut alia urgentissima causa; sed solum necessariis vestibus & libris esto contentus exiguis in numero & valore.

Octavo, Contra calumniatores, aut detractores tuos ne commovearis, si enim vera dicunt, non mirum est si loquantur, que tu facere, es ausus: si falsa, quid tibi eorum oblocutio nocere poterit? Si cum albus sis, alijs dicat te nigrum, cur tibi molestus erit cum nihil noceat? Quod si ad primos motus harum adversitatum turbaris, & impatientia æstuas, reprime iram, & doloris modicum sustine, veluti qui patitur ustionem cauterij, vel sectio nem chirurgi: animo meditans quantum conferat ad sanitatem patientia doloris: sic enim cito sanari incipies, & firmius valere. Imo hoc ipsum impugnari interne, & dolore exacerbari, magnæ utilitatis habendum est, cum sit purgatio peccati, ijj lima, exercitatio virtutis, meritum gloriae, preparatio pacis: præsertim cum non coronetur, nisi qui legitime certaverit. Quare neminem odio habeas, sed fraterno affectu, corde miti & pacifico omnes vigit. Si tibi alicuius displiceret familia-

2. Tim.

2.

26 PRIMA PARS.

ritas ob vitæ turpitudinem, sic tibi mala eius displiceant, ut tamen diligas bona eius naturalia, vel gratuita, quæ forte habebit in posterum. Si verò ille in omnibus nititur te confundere, & persequi, non aliter facilius id poteris agere, ut cœsset, quam si te non curare ostendas omnia ejus machinamenta, quasi illa nihil ad te spectent: nam cum intelligat non posse id efficere, ut tibi molestus sit, in seipso confundetur, & tumentes fluctus eius cessabunt, & forte fiet inde, ut corrigatur exemplo patientiæ tuæ: tu tamen illi interim ex humanitatis officio condole, non aliter quam ei, qui rabie peritus, in sui odium se morderet, & sua ipsius membra moxibus laniaret, & omnia eius verba dura contemnito, quasi latratus canum, aut gemitus avium. Nam si ulcisci velis, quid aliud facies, quam deturpare te ipsum, & mentem, quam incipitam servare cupis, fœda labe maculare? Non aliter eveniret, ac si in adversarij odium tibi ipsi nasum absindetes, aut oculos erueres.

Nono, Diligentiæ plus adhibeto ad te ipsum castigandum, quam ad alios corriganos, doce te primum ea, quæ aliis utilia esse cognoscis, fervoris tui ignis prius in te agat, & eo inflammatus, alios calefacies, veluti ignis qui calore suo prius proxima, postea remotiora adsurere solet: ideo zelus iustitiæ tuæ primò formet in te exemplar aliis imitandum: oportet enim, cum qui peritus videri cupiat in opere alieno, prius ostendere quam sit prudens.

in suo. Ne imitteris cæcos in actionibus suis, qui aliorum vitam semper corrigunt, in illis pleraque emendantes, in se ipsis autem non pauca incorre~~a~~^{ta} relinquunt. Solent enim hi quandoque somniare, si in aliquo magisterio aut dignitatis gradu essent constituti, quam recte omnia ad spectantia disponerent, eam vero status conditionem, in qua sunt, nec sollicite discutiunt nec emendant. Quæ maiorum animi dementia esse poterit, quæ si cum frigide, & languide te geras in religiosis observantia, sanctum te fore præsumas, si ad Episcopatus dignitatem essem promotus? Hi etiam si aliquando ab alio admoniti, vel alia forte de causa ad se reversi, cogitant se ad meliora extendere, non tamen plene disponunt, qualiter id efficiant, nec in eo diutius perseverant, consuetudine, dissolutione, tempore, eos ad solita revocantibus.

Decimo, Diligenter oportet in primis frænare ac omnino domare motus internos & externos, ne per licentiam ultra disciplinæ terminos insolescant: sicut enim avis vel bestia cæteris repagulo dominatur, & eadem licentia nimia fit indomita, ita exteriores sensus, & interiores affectiones, nisi distincta custodia coercentur, ex libertatis licentia ita insolescunt, ut postea multo difficilius quam in principio redigantur sub rationis magisterio.
Inde est, ut qui bene vivere cœperint, si in

28 PRIMA PARS.

corruptos vitæ mores iterum relabantur,
difficilius corrigantur quām numquam
adhuc conversi.

Vndecimo, Ne nimis affectes ab alio
diligi, dissipas enim cordis tui fortitudi-
nem, nam in promptu est, ut à quo diligi
velis, eidem appetas placere, ibique ne-
cessario se immiscet adulatio, & simulatio
pernicioſiſſima pestis, ne forte displicere
incipias, & minus amari.

Turbaris etiam, cum suspicaris alterius
erga te benuolentiam remissiorem fieri.
Pauci præterea sunt tibi in sensu, affeſtio-
nibus, & moribus ita consimiles, ut non
sit aliquando diſſenſionis materia inter
eos, quæ eſt dilectionis fraternæ inimica.
Committe erga te Deo, & illi placere, &
ab eo ſtude diligi, aliorum erga te bene-
volentiam permitte illorum arbitrio, &
divinæ voluntati: dilectio quippe homi-
num fallax eſt, & iſtabilis, facile lœdi-
tur, ad modicum utilis, ſæpe nimis noxia.

Duodecimo, Denique aſſiduè te ipsum
diſcutito conſiderans quid defit tam in
ſtatu mentis quām corporis: ſi deficias in
virtutis via, an ſi in eadem proficias, quid
impediat mentis profeſtum, & quo pacto
hostilibus artibus obſiſtere valeas, decli-
nando, aut reſiſtendo, regendo, aut tole-
rando. Nam peccata ſunt declinanda, vi-
tiis reſiſtendum, quæcumque per occaſio-
nem obſtant, regenda, & discrete ordi-
nanda ad profeſtus materiam, adverſitas
toleranda, cuius afflictio uſu tolerandi fit
levior: ideo enim eſt nobis afflictionis
tentatio inviſa: quòd ad patientiam noli-

mus consuescere. Nam cum domesticus vel vicinus tuus fuerit tibi quantumvis molestus, si studeas illi obsequiosus esse & affabilis, præsentissimum senties in eo hujus morbi remedium. Ex D. Bona. Opusculo quod dicitur forma novitiorum.

REMEDIA DEFECTVM

Religiosi, ex Opusculo Bonavent.

sic inscripto. Cap. VI.

Primum reputare se vilissimum & omni beneficio Domini indignum, & idem velle ab aliis haberi, admirans cum gratiarum actione, quam sit immensa Domini miseratio, qui hominem ad omnem malum tam pronum, ad omne bonum tam tardum, in servum velit accipere, imo & in filium adoptare: nec superbiat, quod Deo famuletur, sed habeat gratias, quod ipsius Domini bonitate in eius famulicium sit accitus. **S**ecundum, Solummodo de peccato aut negotio ad peccatum impellente, vel à bono retrahente, dolere, in aliis omnibus lætari, & gratias agere debet. **T**ertium, De temporalibus, nil aliud requirat, præterquam id quod necessitas sola postulet, induens se nobilissimo Regis sui vestimento, scilicet, paupertate. Si vero se videat ditiorem quam velit, & plurimis corporis consolationibus abundare, tunc intime contristetur, considerans se his à Christi Domini sui similitudine

30 PRIMA PARS.

elongari. *Quartum*, in bonis & indif-
ferentibus potius alieno quam proprio voto
acquiescat, & cum hoc erga omnes obser-
vet, maxime tamen superiorum præceptis
semper obediat. *Quintum*, Nullum miser-
ium despicere, sed fratum in Christo om-
nium miseriis condoleat, & tenerime
compatiatur, eorum afflictiones proprias
reputet, pauperes omnes revereatur, qua-
si patronos in æterna tabernacula nos reci-
pientes. *Sextum*, Neminem iudicet de
peccato non manifesto: si autem evidens
fit, tunc gravius doleat quam si proprio
corpori mortis imminenter, recognitans ani-
mam illam sic letaliter ab hoste percussam
omnibus corporibus esse meliorem: ideo
se attollere nitatur ad eius vivificationem
oratione, exemplo, verbo, & si licet, an-
tequam cadat, eam à lapsu retrahat, qua-
cumque ratione id fieri poslit. *Septimum*,
Lætetur maxime in bonis aliorum præser-
tationis spiritualibus, ac de propriis: sicut pia
mater lætati solet in bonis filiorum: sem-
perque in proximo plus pietatis & virtu-
tis esse credat, quam ipse intuetur. *Octau-
mum*, Sic omnes diligat, ut in omnibus ni-
nisi Deum diligat, id est, neque sanctitas
quantacumque sit, nec beneficiorum im-
mensa copia illum alliciat, ut aliquem pri-
vato, sed ex Divina charitate omnes com-
muni amore diligat, omnium bona in
Deum referens, & ipsius causa, eum qui
in virtutis studio plus profecerit, præ om-
nibus diligat. *Nonum*, Quibuscumque re-
bus sit intentus, semper Deus ipse adi-
cet eam oculis, ac si eum qui ubique

præsens facie ad faciem aspiceret: exerceatque erga ipsum actus timoris, reverentiae, & amoris. *Decimum*, Si prædicta à Domino acceperis, inter maxima numera beneficia, & reliquorum memor semper esto: præcipue tamen beneficio passionis Dominicæ te penitus immerge, dicens: Domine Iesu saucia cor meum vulneribus tuis, sanguine tuo sacratissimo inebria mentem meam, ut quocumque me vertam, semper videam te Crucifixum, & quidquid oculis aspexero, appareat sanguine tuo rubricatum, ut sic totus in te tendens, nil præter tua vulnera valeam invenire. Deinde Reginæ cælorum, misericordiæ matri Mariæ studeas esse deitissimus, & ora dicens: Dulcissime J E S V dignate, ut miser ego peccator sanctissimæ matri tuae digne inseruire valeam.

Mirari se nimium, inquit Sanctus ille, quo pacto homo dulcedinem Domini semel degustans, possit aliquatenus ab eo separari: qui siat, ut non omnium obliviscatur ex eorūtate vini cælestis; quomodo comedat, bibat, dormiat, & possit aliud præter suum benignissimum Dominum intueri, & in eo summa dulcedine oblectari: cum in omnibus sciat eum esse, ut eum in omnibus valeat invenire, & sic in omnibus inveniat requiem, ipsum attente contemplans, & ardentissime amans. O quanta amaritudine meritò reperi debeat animus, qui vel tantillo temporis momento tantæ dulcedinis expers existit.

In fine Opusculi idem Sanctus proponit optima remedia ad superandum diabolum, si forte nos tentet circa prædestinationem, & suggerat nos esse repulos, seu præscitos, & præcipit, ut sic illi responderes: De me libere disponat Dominus, tamen vero, teneatime hostis, certum est ipsius Domini iudicio esse damnatum. Si autem & ego insimul damnabor, & post hanc vitam Deum meum videre non mereor, saltem toto vitæ tempore in eo cupio oblectari, ac tanto ardenter emitar in hoc sæculo eius jucundissima consuetudine frui quanto brevius vitæ spatium me novero habiturum. Ne tantillum igitur temporis omittam, quin in hoc sæculo pro viribus ipso fruar, & in eo deleter, cum in futuro eius dulcissimo conspectu carendum sit. Nam si, diabole, post vitam hanc tecum esse debeo, saltem quamdiu vivo a te procul esse contendam: & ex his conclude contra ipsum te non damnandum: nam haec facere damnationi repugnat. Quod si ad beatitudinem cum Angelis sum prædestinatus, nunc jam angelicam in terris vitam ducere volo ac assidue cantare: Pars mea Deus in æternum: & sic conclude adversus diabolum: Quidquid de me futurum sit, de manu Domini liberter accipiam, nec umquam ab ejus servitute recedam, & vae tibi, maledicte, qui tanto Domino servite fastidias.

Psal, 72

Si in te o homo (inquit quidam Sanctus) viget affectus pervenienti ad perfectionis culmen, perfectamque vitam, & pro ea obtainenda oras, & iugias, certus

PRIMA PARS

33

esto quod si humiliter te abneges, & perseueranter pulses, ipsam perfectionem, quam expetis ante mortem consequeris, modo id saluti tue expediat. Quod si illam non obtinueris, priusquam hinc emigres, inuenies proculdubio eam in ipsa beatitudine.

Noli itaque cessare, noli fatigari, licet statim non exaudiaris.

Diligenter autem caueas ac fugias quandam communem temptationem vere diabolam, qua homines magisterijs fungentes sepiissime perturbantur, dicentes: Si non essem Praefectus, & mihi sociorum cura esset demandata, si non hoc munus mihi foret impositum, libere Deo vacare possem, & ad vitae perfectionem aspirans, procul dubio proficerem. O miser parum tibi constans, illud praecerto habeto, Deum ipsum, qui te in ea constituit Praefectura, vel te in ea constitui voluit, simul uelle, ut hac eadem via ad perfectionem, si contendas, peruenire valeas.

Crede igitur te in ea facillime ad perfectionem aspirare, modo officium tuum perfecte inpleas, videlicet si te totum tradas mortificationi, resignationi, meditacioni, orationi, aspirationibus, feruentibusque desiderijs beatitudinis consequendis,

REGVLÆ VARIA
& pulchra documenta vita spiri-
tualis. Cap. VII.

Primum, a pane minus abstinentum. non enim irritat gulam nec ita cetera edulia obnoxios nos reddit temptationibus; à potu plusquam à pane, à pulmentis vero maxime: nam his & affectibus ad peccandum, & hosti ad nos tentando maior suggeritur occasio: Huius mortis remedium hoc est, crassioribus & vilioribus vti cibis, vel delicatis parcissime. Secundum, Ad inuestigandam opportuni viet mensuram, necesse est, vt adimat quisque aliquid ex ea cibi portione, quæ sibi (se-moto graui valetudinis periculo) videbitur necessaria, nam inde illuminabitur ad cognoscendam veritatem, & videns se destitutam viribus ad peragenda exercitia spiritualia, facile aduertet, quam cibi mensuram naturæ ipsius necessitas requiri. Tertium, Ad modum in victu seruandum utile est imaginari, & animo fingere Christum ipsum cum discipulis suis nobis tunc conucentem, & attendere ad sobrietatem, quam obseruare in tanti Domini conspectu teneremur, edendo, bibendo loquendo. Proderunt & aliæ similes meditationes. Quartum, Non solum mensura cibi, sed etiam sumendi illius modus est adhibendus, scilicet, ne edas avidè, ne festinenter,

COMPENDII. 35

festinanter, ne super cibum effundari,
sed semper appetitui domineris. *Quintum*, Plurimum ad hæc confert, si ante prandium vel cœnam, cum adhuc non esuris firma deliberatione provideas, quam cibi mensuram debeas sumere, ut eam postea nullo modo excedas. *Sextum*, In orando ille corporis habitus tenendus est, qui aptior videatur ad excitandam in vobis internam devotionem. *Septimum*, Si orantibus nobis in voce una vel duabus Psalmi dulcis affluat meditatio, & intima simul delectatio postponenda erit ulterius transcurrendi cura, licet hora tota præterat: qua elapsa, relatum orationis cursim recitetur. Sic etiam fiat in oratione Dominica & precibus privatis, ac spontaneis. *Octavum*, Si cum oras, sentis te atidum vel languorem, non recedas ab oratione, immo tunc majori animi conatu insistendum est orationi, & meditationi, ad expellendam spiritus inertiam auxilio Domini: sic enim fortiter opprimitur hostis noster. *Nonum*, Hic est optimus orandi modus, si ad singulas Dominicæ orationis, aut Psalmi petitiones devote immoreris, ut gustum ex verbis percipias, & eo percepto cor tuum Deo unias. *Decimum*, Tria sunt cur tepiditas in oratione provenire solet: primum quia memoremur orbis divina consolatione ob precedentes accidias, ac in spiritualibus exercitijs tepiditates. *Secundum*, Ut probemur, an stipendio consolationum spirituum solum duci Domino inserviamus.

36. PRIMA PARS

Tertium, ut sciamus cum divinis consolationibus fovemur, non id ex nostris viribus, sed Dei gratuito munere evenire. In ejusmodi autem temptationibus, ac anxietatibus firmum praesidium est, studium servandæ patientiæ, & spes subsequitur consolationis. Undecimum, Certo scire, solius Dei munus esse animam consolari nulla precedente consolationis causa: quia scilicet nil aliud externum offertur sensibus & intellectui quod suapte vi animam valeat consolari. Duodecimum, Cogitationem vel consolationem; quæ ad malum finem, vel minus bonum inclinat, vel impellit, à malo angelo provenire intelligas: sic etiam omnes animi perturbationes, ac angores inutiles, qui tamquam spinæ pungentes, mentis quietem & tranquillitatem usurpunt, tamquam ipsius mali angelī suggestiones summo studio caveto: fructus enim ipsius sunt: nam licet aliquando dæmon in principio bonam fovere simulet cogitationem, novissime vero illaqueat, & venenum suum diffundit, & ad malum aliquid retorquet, quod tene coptum est, minuens paulatim, ac deinde penitus auferens mentis quietem, quam antea vigore patiebatur. Decimumtertium, Quilibet nostrum in via & timore Domini proficiens, cum à pio Angelo fovetur, suaviter, leniter, & placide tangitur: Descendit enim super eum sicut pluvia in vellus: à dæmons autem duriter & turbulentè impetratur: cadit namque cum strepitu, sicut aqua

super petram. Quando vero homo in charitate Domini fit remissior, hoc econtra evenit: nam spiritus nequam placide ei se insinuat: bonus autem duriter & cum strepitu. Ejus varietatis causa haec est, quod utrilibet angelo similis est vel dissimilis mentis dispositio: si enim eam sibi infestam inveniat alteruter spiritus, cum importuno strepitu, & pulsu, qui facile dignosciri queat, ei se conjungit: si vero conformem, & unanimem, tamquam in propriam & peculiarem domum ingreditur nimis secure.

Decimumquartum, In quolibet negotio agendo, si incertus sis, quid potius eligas; antequam statuas, quid agendum sit, prius pse considera, quid tu fratre in ea re consuleres: item quid acturus es, si instaret tunc hora mortis. Item cogita, quid malles egisse cum steteris in die iudicii coram Domino, & illud age: si dubitas adhuc, elige illud, quod naturae tuae, ac affectionibus molestius est, ac magis adversatur. *Quintumdecimum*, Scrupulorum assidua discussio valde salutaris habetur tyronibus in vita spirituali: purgat enim animam ab omni peccati scintilla. Illud tamen advertendum, quod hostis noster callide solet observare, qualis sit cuiusque nostrum conscientia, crassior ne, an delicior: & quam reperit delicatam, delicatiorem efficere nititur, & in extremum quandam anxietatis gradum redigere, ut sic misere afflictam a profectu spirituali tandem deturbet. Videlicet, si ea etiam umbras ver-

38 PRIMA PARS

nialium fugit, huic: quoniam non potest veram peccati rationem objicere, eo adducere nititur, ut peccasse credat; cum res ipsa aliter se habeat, offerens sinceræ animæ procula verbum aliquod, aut cogitatiunculam repentinam. Si in crassa est, crassiorem eam reddere contendit, scilicet, ut si prius negligebat venialia, jam postposito Domini timore, negligere mortalia incipiat. In his autem impugnationibus anima, quæ proficere expetit, ad illius partis oppositum debet tendere, in quam inimicus tentat pertrahere, ut si hostis nititur reddere conscientiam laxiore, ru callide adstringas, aut econtra laxes, si dæmon nimium vel astringere; sic enim fiet, ut mens tua devitatis extremis pericolosis, in medio quodam quieto & securo statu iugiter maneat. *Decimumsextum.* Quando aliquid quod ex genere bonum est, appetitur, si simul acciderit cor nostrum inclinari, atque affici ad finem minus rectum, nempe ad humanam gloriam, tunc frequenti oratione, summisque conatibus enitendum est in adversum: nec prius desistat, quam priorem, affectum ita mutavetit, ut nil jam omnino desideret, vel possideat alia ex causa, quam divini cultus & honoris. *Decimumseptimum.* Mandata ac mores principum & pastorum tam Ecclesiasticorum, quam sacerdularium, & si minus recte officium facere videantur, nullatenus tamen vel in publica concione, vel in populari colloquio carpenda sunt. Generat enim hæc reprehensio po-

tius *damna & scandala*, quām aliquid remedijs & utilitatis: cum nil aliud inde sequatur, exasperatio & odium aduersus Principes: ideo omnino temperandum & abstinendum est ab invectivarum genere. Item, quemadmodum primates, si absint carpe-dos publice non censeo: ita praesentes privatim monendos judico. *Decimum octavum*, Ingruente tentatione aliqua, nil tunc denuo statuere debet, sed ad ea, quæ lucidi intervalli tempore statuerat exequenda, anxie recurrit: tunc reputans se, amentem, patientiam servet, & ciuiissime ad orationem confugiat: nam inde non parum emolumenti comparabit. *Decimum nonum*, Elapsa tentationis articulo, utile erit ad memoriam reducere progressum eius, ut acute intuens, qua via hostis ingressus est, sciat sibi de cetero cavere. *Trigesimum*, Gravior imperfetio habenda est, nimis tristari, & animo dejici, alicuius perturbationis vel defectus causa, quām ipse defectus est: in huiusmodi perturbacionibus oportet plene sperare in Domino, nos voti nostri eius miseratione, compotes futuros. Nam cum scriptum sit, *Sedies in die cadet iustus*, tu nunquam defistas (quantumcunque labaris) à bene operandi proposito, sed potius contra adversa omnia fortem te præbe, intelligens, Deum hoc sæpe permittere, ut infirmitatem tuam explores, & aperte cognoscere valeas, quantum divino auxilio in omnibus indigetas, & nil boni per te ipsum posse perfacere: quare oportet


pro. 24

40 PRIMA PARS.

Lxx. 18. assidue orare, & nunquam desicere. *Hec*
beatus Thomas Opusc. 64. Immo dicit
Chrysostomus, Ideo nos sepe à Deo ce-
leriter non exaudiri, quod hac occasione
id efficere velit, ut ad eum frequenter
accedamus, & eo plene fruamur. *Vige-*
simumprimum, Terra hæc earnis nostræ
nequit non gignere herbas noxias pra-
varum cogitationum ac affectuum, ideo
summo studio frēnanda est. In servis Do-
mini nunquam hæc herbae suffocant triti-
cum, sed semper altius eminet: ac ali-
quando eisdem, si mala herba oriatur,
mox vigore ferventis charitatis eradicat-
tur, que est triticum salutare: aliquan-
do tamen non statim potest eradicari,
sed nutu Domini permanet ad coronam.
Vigesimumsecundum, Pax, consolatio in-
terna, & spirituale gaudium, in viris
perfectis semper viget, ac perpetuum est
in superiori parte: in omnibus namque
eius materiam inveniunt. Nam si Do-
minus bona immittat, & dulcedines ac
fervores spiritiales impariatur, intime-
letantur: sin adversa eveniunt, & men-
tis durities ac sterilitas accidit, cogitan-
tes, sic Deo esse placitum, in eo etiam
consolantur.

Vnanimitas enim voluntatis nostræ
ad divinam, nec quidquam aliud velle,
est maxima causa lætitiae. Expertus (cui
credere par est) nobis retulit, nunquam
internam dulcedinem, & mentalem con-
solationem cessare, nisi quod cor nostrum
nondum perfecte Deo traditum, adhuc
ab aliqua terrena detineretur affectione.

Signum quippe evidentissimum est cordis in Dei amore rapidi, ac non penitus Deo suo dediti, non consolari, & intima perfundi lætitia, dum recogitat beneplacitum divinæ voluntatis. Corda ergo perfecte viventium assidue fruuntur interna pace, cum quietem, fiduciam, & fortitudinem possideant; nam quamvis in inferiori parte turbentur, nil ea turbatio supernæ paci nocere potest: quam si vis assequi, imitare sæcularem militem. Miles huius sæculi, amicos, patriam, parentes, & omnia chara relinquit, corpusque suum incertè mortis aleæ exponit, usque ad mortem confictatur, nulla alia de causa, quam ut sibi aliquid pecuniae valeat acquirere: ita tu si summum bōnum possidere concupiscis, reliqua omnia abjice, & ab omnibus quæ pure Deum non respiciunt, te immunem conserva, cordis tui oculos à terrenis imaginibus attente custodito: & si velis optata consequi, atque omnium penitus obliuisci, externas affectiones non admittas, necesse est. Ad veram quippe pacem, & puram cordis tranquillitatem nunquam pervenies, nisi viribus omnibus Deo unitis, creaturarum omnium obliiscaris.



*ALIA ITERVM DO-
cumenta. Abnegatio sui ipsius, pur-
gatio mentis, fons omnium bono-
rum solitudo. Cap. VIII.*

Si scire velis, quid præ omnibus di-
ligas, dicam : id quod sepiissime co-
gitas. Vis scire, quis sis ? illud utique
es, quod frequentius ob oculos cordis
tui versatur. Non cures tam aliorum ex-
ercitia, quam essentiales & veras eo-
rum virtutes imitari. Nam cum varia
sint hominum ingenia, varia sunt eorum
exercitia: & ideo, quod aliis est saluta-
re aliis est certissima mortis occasio. Ap-
plicatur etiam gratia Domini secundum
naturalem uniuscuiusque nostrum dispo-
sitionem. Nil unquam pertinaciter ne-
ges sed semper dubiis verbis loquere, ut
nescio, an sit possibile fieri. Illud certo
scias te nunquam patientiam assequi posse
absque tribulationibus: humilitatem abs-
que contemptu; nam si ægre fers despi-
ci, ideo fit, quia ribi non displices.

Considera quot hominum millia sunt
in inferno, qui multo minus quam tu
divinam læserint maiestatem. Vere hu-
miliem nulla creatura turbare valet, ita
enim profunde se depposit, ut à nulla
creatura reperiri valeat: & licet sævissi-
ma tentationum tempestas ingruat,
in tactus tamen permanet, & illæsus, cum
humiliter abiectum nulla procellæ vis
tagere valeat, quæ non nisi summa con-
cuteere solet.

In omni tribulatione nullum efficacius
remedium est, quam abnegare, aversa-
ri que se ipsum: crede, nil melius tibi
contingere posse, quam corripi, contem-
ni, despici: qui enim te contemnit, id
facit quod tu: si te, plene nosset, me-
rito facturus eras. Quidam sunt, qui li-
cet ardentissimo affectu ad summum bo-
num anhelent, se ipsos tamca non ab-
negant: qui facile falluntur, nisi id pro
comperto habcant, quantum se abnega-
verint, & quantum pro viribus in se ip-
sis abnegandis contendenterint, tantundem
habere divine charitatis, & non amplius.
Nec solum prefectis obedire decet, sed
etiam omnibus quorum familiaritare uti-
tur, debet obsequi, & eorum præcepto
morigetam præstare mentem, in omnibus
licitis & honestis alias audiens, & eo-
rum verbis auscultans cum abnegatione
& mortificatione amoris sui, proprièque
voluntatis. Ex propria namque volun-
tate (quemadmodum ex matre filia) in-
quietudo, discordiaque omnis nasci so-
lent, idque sive velis, sive nolis: ideo
ante omnia, tibi ipsi bellum inferas ne-
cessile est; nam si tuam voluntatem depo-
nas, quam plurima, que te laderē pos-
sent, cum ea insimul dimisisti. Nam si-
cūt in illa Christi Seivatoris nostri ora-
tione, *Pater, non mea, sed tua voluntas
fiat;* totius salutis nostræ cardo verte-
batur: ita præstantissima ac gratissimæ
in conspectu Domini oratio est: *Domine miseri-
cioso Domine, ut altissimum beneplacito
tuum omnino in me impleretur.*

44 PRIMA PARS.

Homini namque propriā voluntate ducto
hoc esse solet peculiare, ut alios sibi obe-
dire, malit; quām ipse aliis: homo ve-
ro proprię mortuus voluntati, potius e-
ligit aliis morem gerere, aliis obedire,
alios tolerare, quām libere omnibus do-
minari. Si quis esset, qui totius orbis
imperium relinquēret, se ipsum autem
non dimitteret, nil reliquissē existimandus
esset. Qui vero se ipsum ob amo-
rem Domini relinquit, huic nec res pos-
sesse, nec honores exhibiti, nec fami-
liares amici, nec chara denique omnia
obesse poterunt, cum his èmnibus men-
te, non inhæreat, sed paratus sit omni-
bus renuntiare, quoties id divini hono-
ris ratio postulasse videbitur.

Non tam debes attendere. qualia o-
peraris; quām qualis intus sis: si inte-
rius sincerus, & plene abnegatus exi-
stis, opera omnia tua gratissima Deo
existimā; longe namque gratior est Do-
mino salutatio Angelica resignato corde
prolata; quām totius psalterij lectio, si
proprio corde sit dicta, Homo vere ab-
negatus, vallatus est Deo, ideo qui cum
tangere velit, Deum ipsum prius tangat
oportet, quod cum fieri non possit, nil
illi obesse posse credendum est. Hac mi-
ra arte mortificationem acquirere pote-
ris, si firmiter cogites te iam mortuum,
cum (velis: nolis) cito sis moriturus,
animamque tuam, iam coram Domino
in iudicio adesse, & ideo omnia mun-
dana despice: quò fieri, ut de transito-
riis, ac caducis huius saeculi rebus, non

magis curandum existimes, quam si vere mortuus essem. O quam felix ille dici poterit, qui hanc mentis stupiditatem, & (ut ita dicam) insensibilitatem consequatur. Si toto pectore, frater mi, veram expetis consequi humilitatem, abnegationem, patientiam, & pro viribus ad ea consequenda, ardenter pergis, reputa iam vere haec omnia te consecutum esse: ita ut nemo sit, qui ea à te, vel te ab his valeat unquam divellere. Verus Domini cultor illud maxime curat, ut non minus ipse unus laudet. ac honoret Dominum, quam omnes pariter creaturæ facere possent, & nil aliud ab omnibus creaturis exigit, quam ut Deus in ipsis maxime glorificetur.

In nullo corporali vel spirituali exercitio proprietate singulari utendum est, aut ipsi inhærendum, sed potius accurate semper observabit, quorsum, qua via (variis enim modis electos suos invitare solet Deus) mentem ipsam ad se trahere velit Divina bonitas: haec ubi compererit, confessim, omnibus relictis, Dominum sequatur.

Frequentia sunt spiritualia exercitia ac charitatis usus. Nam quemadmodum ferrum nisi assiduo usu contrectetur, ruginem contrahere solet, ita charitas erga Deum, nisi continuo usu exerceatur, paulatim te pescere atque deperire incipit. Felix philosophia haec est, quam profiteris, si diligentissime eniteris intellectivas potentias ab imaginibus crea-

turatum, affectivas à virtutis & saeculi oblectationibus separare: te & omnia tua in manibus Domini depōnere, ardenter simis affectibus & continuis orationibus ad Deum anhelare. Hæc est illa occulta sapientia, quam cælestis Pater sepe plebeio idiotæ ac ignobili mulierculæ potius revelare dignatur, quam turgido Theologo ac superbienti doctori. Ad hanc divinam philosophiam omnes creati & vocati sumus, hac instructi, quovis temporis momento tantam gratiam promereri poterimus, ut maxime deplorandum sit, cur in ea re, in qua salus nostra agitur, adeo supini & oscitabundi maneamus: id enim profecto Dominus ægertime fecit, quod ad illum proprius accedere nolimus.

Fons omnium horum bonorum solitudo est cui ea dulcis est, huic Deus se suaviter ingerit: ideo in vera Dei dilectione (quoad licet) immunem, liberumque te ab universis hominibus custodito, nullus ist qui tecum ciudem sit animi, nimis familiaris fieri velis. Responde omnibus breviter, insimul & humiliter, si ob id odio habearis, hilarius, mente in cœlesia raptus, sustinere non dubites. Quid enim tua refert, mortale: omnes habeas inimicos, cum Deum ipsum habeas propitiam? Si creaturis omnibus prodesse optas, ab omnibus te abstrahere, præter Deum, nil cogites, terrena omnia, quasi stercora reputans, nihil facias. Illud tamen memento quamlibet harum virtutum non nisi magnis fidoribus.

& conatibus comparandam, luctibus internis diurnis atque nocturnis postulandam ; & se quæ sint ad hoc impedimenta, spiritualium exercitiorū vigore vincenda sunt.

SVORVM DEFECTVV M
reprehensio. Ex opusculo D. Bernardi de interiori domo. cap. X.

Bernardus induens personam peccatoris sanctæ compunctionis spiritu à Deo illustrati, & omnino commotū, sic plangit : Heu turbavit me ira, laceravit invidia, inflavit superbia, seniorum meorum imperia non servavi, sed iudicavi ; de meis negligentiis obiurgatus, corridentis vocem non audivi, quin potius repugnavi, preferri melioribus impudenter affectavi : simplicitatem spiritualium fratrum irrisione exagitavi, sententias meas procaciter lactavi, in obsequio reverentiam, in sermone modestiam non servavi, Habui in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermone jaqtantiam ; Fui mente inconstans, ore scurrilis, in ioco mordax, piger ad bonum durus ad obsequium, promptus ad loquendum, ad audiendum fastidiosus, ad docendum arrogans, levi contumelia aut injuria commotus, mox restuavi tumultu cogitationum : absentibus contradico, intra meipsum adversus illos contumeliose loqor, & quod dementiam omnem excedit, cum nemmo mihi maledicat, ego rixas somnio, & meditor quid contra me iurgii moveri possit ; exquiror quid respondeam, quo pacto


ulcisci valeam, & sic cum umbris litigo.

Comedi saepe, & bibi non ad necessitatem, sed ad voluptatem, & quod necessitatibus satis erat, voluptatem explere non poterat; itaque sub pretextu humanæ necessitatis, cecidi in laqueum supinæ voluptatis; cogitavi de cibo, quando non debui, nam in die jejuniis, licet corpore jejunabam, cogitatione comedebam. Facilius aliorum vitia, quam virtutes attendo, aliorum delicta cernens acutissimè, mea non aspicio in meis delictis sum clemens, in alienis ultra modum severus; ad irrogandas contumelias sum fortis: ad tolerandas infirmus; ad obediendum piget, ad atios lassitudinos importunus. Quid dicam de lingua mea? hoc membrū præteris nocuit, fere quoties loquor mentior; nam numquani referre soleo dicta vel facta quæ vidi, vel audivi, eo modo & ordine, quo gesta vel audita sunt, sed alia pro aliis affirmo, & saepe multa intersero superflua. Quæ jam mihi erit de emendatione fiducia cum ibi peccem, ubi peccata mea emendaturus accedo? Nam coram altari non affisto cum reverentia, in Choro sum corpore, longe vero absum mente; saepe in ipsis bonis quæ ago, debitum modum excedo; nam dum menti lætitiam pariunt, vanam gigant securitatem. Heu me miserum, & vixi mihi, qui hæc agens & alia innumera, tamen ita comedam, bibam & dormiam securus, quasi jam transferit dies mortis & evaserim diem judicii, & inferni tormenta, sic ludo, & rideo, quasi jam triumphem in regno Dei. Pudet sic vixisse, pudet quod

natus fuerim, mallem non esse, quām is
esse, vivere erubesco, quia parūm p̄ficio,
mori timeo, quōd non sim paratus, malo
tamen mori, & misericordiæ Dei me com-
mittere, quām ut mala mea vita, & nulla
subsecuta correctio alicui scandalum faciat:
Desperare certe possem, nisi Verbum tuum
etato factum esset, & habitasset in nobis.
Desperare non audeo, quōd ille tibi usque
ad crucis mortem obediens, tulit chirogra-
phum peccatorum meorum, & affigens il-
lud cruci, peccatum crucifixit & mortem.

Ioan. 10.





SECUNDA
H V I V S
OPERIS PARS.

*DE STUDIO SANCTÆ
Meditationis, Orationis, Con-
templationis. Cap. X.*

PRÆHABITIS his spiritualis
vitæ fundamentis, ad expulsionem vi-
tiorum, ac perturbationum mortificatio-
nem, operæ pretium erit, in sequentibus
ea colligere ex doctrina Sanctorum, quæ
pertinere videbuntur, ad inflammam
animam, ac ostendendum, quo pacto pro-
grediendum sit ad veram contemplatio-
nem, & unitivum amoreni affeundi m.
Hinc igitur initium faciemus.

*Summa animæ perfectio, unio cum
Deo: quanta eius fœlicitas: ab ne-
gatione obtainenda. §. I.*

CUm solo Deo animam nostram satis-
ficeat, hoc enī maxime delēmus em-
nes, ut obtenga vitæ perfectione, ei in loc-

COMPENDII.

51

exilio intime uniamur, qua unione consecuta, Deus animam ipsam sua iucundissima praesentia sic satiat, inebriat, g audio implet, ut nil ultra meditari aut desiderare valeat. Ea enim anima iam non emendicat adulterina oblectamenta, insipidum namque & amarum reputat, quidquid Deus non est: spiritus itaque noster, quamdiu charitatis brachiis Deum non amplectitur, famelicus omnino incedit, & sitiundas permanet, quamdiu pelago illo inestimabilium voluptatum immersus non fuerit. Cum anima nostra illam assequitur Theologiæ mysticæ sapientiam, videlicet unionem divinæ charitatis, tunc æternæ veritatis lumine illustratur, fides eius certior redditur, spes robatur, charitas inflammat. Si enim omnes sequi huius sapientes homini experto mysticam unionem dicarent, Fallere miser, fides tua vera non est; ipse indubitanter & audacter responderet: Ego vero profiteor, vos omnes falli, nam fides mea verissima est, & certissima. Hoc autem firmiter fidenter responderet, cum fides ejus non investigatione rationis, sed mysticæ unionis infallibili fundamento nitaretur. Vberius namque expertus divinitatē intelliget, quam plerique eruditissimi Doctores, qui nondum in secetum cubiculum Regis æterni fuerint admissi, nec corusco gratiæ lumine illustrati: nec mirum cum Deo charissimi sint, qui se totos illi libere dediderint, & in eis Dominus magnifice soleat operari.

Hi privati donis Domini familiares jucunda, tranquillaque libertate, qua-

52 SECUNDA PARS.

filios Dei decet, libere fruuntur, elevati supra omnes curas, si pra omnem perturbationem & metum mortis, purgatorijs, inferni, & omnium, quæ animæ vel corpori in tempore, vel perpetuo evenire possint. Non frequentia hominum non occupationes externæ presentiam Dei ipsis eripiunt: in omni namque multiplicitate, spiritus unitatem servare norunt, quod stabili, firmaque sui ipsius, & omnium extenorū despectione sint suffulti: ex omnibus, quæ visu vel auditu percipiunt, celerime in Deum diriguntur, & cuncta eis quodammodo (si ita loqui fas est) vertuntur in Deum. Nil intentione mentis & amore prosequuntur, nisi Deum, interius erga ipsum iugiter occupantur, Deo ita adhaerent, ut videntes sint veluti ceci, audentes surdi existant, loquentes quasi muti permaneant: hi cælestem & Angelicam vitam in terris vivunt, & terrestres Angeli iure dici poterunt.

Ad hanc veram felicitatem nemo pervenire umquam poterit, nisi strenue insistat abnegationi, mortificationi, & sui ipsius despectioni, ardenter in Deum desiderijs, & frequentissimis orationibus, præhabita rectitudine, ac integritate, & puritate intentionis. Igitur athleta Christi, si velis ad hunc salutis portum appellere, sequentia totis animi viribus observare contendito.

Nil tenaci corde possideas: nulli creaturæ mente inhæreas: nullius viri quemvis sancti amicitiam & familiaritatem humanitus expetas: nam non solum quæ

mala sunt, sed etiam bona huic sapientie officiunt, si inordinate diliguntur, vel queruntur, nam lamina aurea oculis objecta, non minus, quam lamina ferrea visum impedit se ferre. Privatum amorem ex corde extirpato, & propriam voluntatem deponens, Deo te ipsum tradito, & te in ipsum perfecte transfundito. Numquam ore vel corde, habita tuis ipsius & proprij commodi ratione, dicas, hoc volo, hoc nolo: hoc eligo, illud respuo: nec umquam aliquid tuum quæras, sed omnis dorsus proprietate reiecta, spolia te ipsum, & tibi ac omnibus hujus mundi rebus ita moriaris, ac si numquam viveres, aut omnino mortuus es. In omnibus honorem Dei querito, & id emititor, ut ejus voluntas in omnibus impleatur, ita ut ipsis orationibus, piisque desiderijs, humilem tuum ipsius abnegationem conjungas, postulans, non tuam, sed Domini voluntatem fieri. Omnia, quae tibi prospera vel adversa evenerint, ad ipsam Dei voluntatem referto, de manu ejus cuncta suscipias, credens certissime omnia esse disposita ut in via salutis proficere valeas.

Oblectamentis delectationibusque spiritus ne abutaris, te ipsum in illis quærens, hoc est, voluptatem tuam / id enim graviter cælestem lredit sponsum) sed ea spiritus oblectamenta cum humilitate suscipito, & adeo liber atque expeditus à voluptate velim permaneas, ac si nullus illi in te locus esse posset. Nam natura corrupta ad se ipsam reflecti. & se ipsam in omnibus quæreto se ferre. quare ita paratus esto ad eas delec-

54 SECUNDA PARS

tationes spiritus recipendas, ut ne molestia aliquid afferat illis carere. In solo enim Deo non in ejus donis quiescendum est, & ideo omnia ejus dona in ipsum refundito, in laudem ipsius Domini cuncta offerens. Cavebis quantum poteris, ne in usu exteriorum sensuum aliquid ex propensione motu sensualitatis aspicias, audias, gustes, oderes, loquaris, tangas, & si fortasse in his etiam levite deliqueris, acriter te ipsum reprehendito. Ad edendum non te delectatio moveat; si vero caro in cibis delectationem percipit, eam tu interior non admittas, & si fieri possit suaviores epulas pro Dei amore intactas relinquito. Si de spiritualibus interrogatus fueris, aut consilium petenti respondere velis, primo altius in te descendens, cogita nihil ex te ipso utile loqui posse, ideo ad omnipotentem Dominum conversus, precare, ut quod illi placitum sit, donet eloqui profaci nominis gloria, & proximorum salute: postea, si quid bene locutus sis, Deo gratias redde, a quo bona cuncta procedunt: si male, tibi adscribito.

Aliæ ad eam unionem obtinendam regulæ. consulenda divina voluntas. Cedendum omnibus, male subesse quam præesse &c. §. II.

In tempestivam verborum asperitatem omni tempore declina, in sermone sis semper verax, non simulator, non adulator existas. Neminī detrahias, quin immo-

Noxia verba , ac detractiones , si coram te
 incidere contingat , prudenter interrum-
 pere confuescas : ut quidam , qui talia lo-
 quentibus dicere solebat : Magnas nos Deo
 gratias agere æquum est , cum eius misera-
 tione tales non simus . Nil immoderato af-
 fectu & animi perturbatione loquaris , ap-
 petas , aut exequaris , sed æqualitatem ,
 libertatemq. animi ubique servato . In his
 quæ dubia sint , si incertus dubites , quid
 agendum sit , Deum tuum , vel aliquem
 spiritualem virum consulito , gratissimam
 voluntatem nosse , & eam in omnibus ope-
 ribus tuis perfecte impleri expertens , intra
 te dicio : O Domine , quid me nunc vis
 facere , ? Placet ne tibi , hoc vel illud fa-
 ciām ? & hoc etiam in minimis facito . In
 quotidianis colloquiis , in gestibus , & ver-
 bis sic te gerito , sic in Deum oculos figito ,
 quasi soli Deo , non hominibus placere
 desideres , & semper Christus Iesus , quasi
 vivum speculum versetur ob oculos , ut
 illius vitam imiteris .

Ne sis in propria sententia obstinatus ,
 nulli pertinaciter repugnes nisi veritas ip-
 sa resistere compellat , in licitis semper al-
 terius votum & alienum iudicium tuo præ-
 feras , & libentissime patere ab aliis reprehē-
 di . Si te laedat aliquis , aut persequatur ,
 ne credas aut prædices eum iniuste &
 immerito hoc facere , sed animo repetens ,
 quam ingratus ad immensa Domini bene-
 ficii exitas , dignum te esse cognosce :
 quem creature omnes premat , & tamquam
 lutum platearum conculcent ; omnes afflic-
 tiones tuas de ipsius Domini manu suscipi-

56 SECUNDA PARS.

to, non attendens ardorem cauterii, sed dulcis medici manum.

Vt homines omnes plenè in Christo diligas, cogita firmiter omnem hominem esse te ipsum, ejusdem naturæ ac beatitudinis secum & participem,

Omnibus in quavis necessitate & afflictione constitutis compatiaris, omnes consolari pro viribus sis paratus: fratrum errores pia commiseratione tolerabis. omnem cordis amaritudinem sanctæ charitatis dulcore corrigens. Frustra se Dei amicum reputat, qui minus sincerè quam decet, aliquæ diligit. vel animum ab alio quo per displicentiam & mentis amaritudinem avertit. Omnes ergo suavi charitate completere: quod facillime fieri si quemlibet hominem te ipsum esse existimat. Dicta & facta eorum, qui tibi commissi non sunt, ne discussias, ne judices: sed omnia Deo commendans, te intra te ipsum recipito, & omnise te indignissimum reputa, & talis haberi exopta.

Elige potius latere, quam eminere: subesse quam præesse. Non pudeat te externæ humilitatis, quod nihil sis. sed ipse meditare, inde enim tota hominis alius omnium consensu pendet. viri namque sanctissimi illud asserunt certissime, absque affectu & severo se se abnegandi & mortificandi studio, neminem in via Christi posse proficere, vera enim resignatio cum profunda humilitate coniuncta, compendiosissima ad Deum via est. Nil gratius Deo est resignatione propriæ voluntatis etiam in rebus minimis: verbi gratia si duo simul

incidentes inventum florem decerpere vel-
lent, alter vero eorum propter Dominum
illum intactum dimitteret, non parum me-
riti inde sibi conciliaret, quamvis alter,
qui simpliciter decerpseret, nō in eo opere
deliqueret. Sic ergo atleta Christi fre-
quenter dicat intta se Deo: Domine prop-
ter tui amorem nolo hæc videre, audire,
aut gustare; etiam si in his actionibus nil
esset criminis. Et licet homini nil charius
sit ipsa arbitrii libertate, ac ideo integra
sui ipsius abnegatio initio difficilis & mo-
lestia, ubi quis in ea viri iter persistet,
ipsius Dei dono facilis: ac gratissima redi-
tur. Hanc felicissimam sui ipsius morti-
ficandi artem cito perdiscit, qui omnia,
quæ in mundo sunt, non magis ad se per-
tinere existimat, quam si revera mortuus
esset, versans animo assidue dictum illud
Apostoli: *Mortui enim es sis &c.* Hac ergo
tui oblivione præmunitus evagationes mé-
tis comprime, inutiles rerum imagines
apud te permanere non sinas, in omni tu-
multu ita te geras, ut ab eo liber existas
unitate spiritus semper servata: internos
oculos non violenter aut turpide, sed tran-
quille & simpliciter in Deum dirigas, to-
tum te in diuini amoris immensum pelagus
amans, immersus. Spes semper tecum
habitet, te comiteret, ne umquam illam
abjicias, ne ab ea ulla temporis occasione
distraharis, sed invicto & forti animo in
sancto labore persistas, incessanter, disper-
siones cordis tui collige, teq. in illam
summam bonitatem reflecte. Quod si huic
studio diligenter assuescas, tandem fieri, ut

Colos. 3.

58 SECUNDA PARS

Domino adiutore, consuetudo hæc in natu-
ram transeat, ita ut non minus facile sit
divinis intendere, quam vivere vel spirare.

Nullibi Deum certius, quam intra te
invenire poteris, dummodo intra te habi-
tes, ibi enim semper adest, ideo coram
oculis ejus humiliter, tamquam casta spon-
sa hæc verba sepe repetes: Dominus adest,
Dominus me intuetur: hæc dicens, ita
Domino intendas, ac si ipsam Dei efen-
tiam coram cerneres, & nil esset in mun-
dis præter te & illum; Afferua te in te ipso
& exultabis, quia tam facile peum intra-
te inveneris. Si colloquia & negotia ob-
tent, quo minus in Deum libere, ut coe-
pisti, tendere valeas, non ideo prorsus ab
illo elongeris, sed fixa in eo animi affectio-
ne ita permanebis, ut mox, confessio nego-
tio, penitus ad eum quasi iam ipsum si-
tiens confugias.

Illud tamen advertendum est, eum, qui nu-
dū se Domino exhibuit, & coram illo suis
se affectionibus spoliavit, nulla dona Dei
sibi arrogare, aut usurpare: Prætereat, si
is maximis ac molestissimis sæculi negotiis
premeretur, nil ideo mentis profectu de-
cresceret, omnia enim temporalia libere
sinit abire, nec in illis usu mentis immo-
ratur, sed intentionis & amoris fervore in
Deo desigitur. Hi vero qui in rebus & se-
cularibus negotiis non pure Deum spectant,
nec eius dilectioni interius muniti sunt,
facillime locis, negotiis hominibusq. per-
turbantur, distrahuntur, reddunturq. mul-
tiplices, & telis hostium summo cum pe-
riculo exponuntur. Prædicto exercitio mor-
tificationis

COMPENDII. 59.

tificationis & resignationis coniungat alii-
due spiritualis tyro frequentissimam aspira-
tionum & orationum, & ardentissimi desi-
derii emissionem ; est enim illud brevissi-
mum compendium , quo citissime ad Theo-
logia mysticæ apprehensionem , & unionē
divinam valeat pervenire , hæ namque aspi-
rationes superant media reliqua inter
Deum & animam.

*Nemo hujus perfectionis & unionis in-
capax: ad divinitatem per humani-
tatem Christi perveniendum: reco-
lenda Christi passio: Devotio sen-
sibilis non quærenda S. 3.*

Nemo se propter ingenii stupiditatem
ineptum ad hanc sapientiam cōprehen-
dendam existimet : nam hic non exigitur
subtilis intellectus , sed humilis & ardens
affectus. Exercitia enim externa quamvis
bona ac pia sint , tamen multo majoris mo-
menti censenda est exercitatio interna , qua
homo ardentissime ad Deum non per sen-
sus , aut imagines , sed modo quodam su-
pernaturali ita confugit , ut illi uniatur.
Deus namque omnes ad se trahere , & sibi
unire paratus est , si nos reliquis rebus li-
beros & expeditos inveniret. Sicut enim
Sol visibilis lumen suum in lucidum specu-
lum sibi è ēmetro objectum effundere , &
in eo figuram suam formare solet : ita ani-
ma munda & ab impedimentis libera , cla-
ritissimis radiis invisibilis Solis illustratur ,
& in ea ipsius divini Solis imago mire re-

fulget. Expetit enim Dominus mirifice se nobis tradere, & anima nostra vitiis ac rebus externis expedita, sponte sua tendit in Deum à quo se originem ducere credit: sicut apud, quod corpus graye sit naturaliter appetit deorsum; solus quippe Deus est naturalis locus animæ, ac ob id, spirituales & præstantissimæ vires animæ donatae sunt, non ad infimas res cogitandas & appetendas. Quapropter valde mirandum est, si eas putrido & atro cœno immeigamus.

Non olliviscatur athleta mysterii Crucis; in imagine unigeniti Dei crucifixi nidum suum collocet: in mellifui ejus vulneribus requiescat: assidue eius memoria versetur ob oculos, ita ut dum comedat, buccellas in illius dulcissimo sanguine se tingere existimet. Periculose corruet in sue contemplationis altitudine, quicumque ad divinitatem, aliter quam per humanitatis ostium ingredi voluerit, ideo expedit, ut per hanc ad illam ascendat, & ab illa ad istam redeat: sic enim faciens dulcissima semper pascua inveniet. Caveat tamen ne similis sit qui hūdam, qui cum forinsecus devotionis dulcedine, ac lacrymis passionem Domini recolant, tamen vitia sua & affectiones frēnare, sc abnegare, ipsumq sequi recusant.

Diligentissime cave multorum errorem, qui tunc dumtaxat exercitationes suas Deo placere existimant, cum ab eo foventur dulcedine spirituali, & gratia devotionis sensibilis. Sed disce in tuis exercitationibus persistere, quantumcumque opprimaris duritia cordis, interno frigore, obsublatione sensuum, ac distractione mentis: resigna te

COMPENDII.

6^v

In Dei ipsius voluntate : nam non est perfectio in affluentia consolationum , sed in eo , ut pro Dei amore omnia nihili pendas , & in omnibus voluntate tua posthabita , divinam se & teris : denique solum id bonum & tibi utile existimes : quod Dominus in te operabitur . Absurdum enim est quotidie petere , Fiat voluntas tua , & indignari , & ægre ferre illam in te fieri . Non igitur angamur animo , si defit nobis sensibilis devotione , sensibilisque amor , / qui plerumque impurus est , & læpe confertur irrefugiatis) sed illud maxime curandum est , ut per intellectualem amorem nempe bonam promptissimamque voluntatem Deo uniti semper simus : licet sensibili duritia & mentis ariditate cruciem nur , id solum attendentes , ut divinæ voluntatis beneplacitum in nobis impleatur .

V T I L E E X E R C I T I V M.

relinquenda omnia sensibilia ut se se anima in Deum immitat , divinam operationem minimi defectus impediunt . cap . X . I .

Consuescas offerre Domino pro peccatis tuis , opera , labores , dolores ac vulnera Christi : offeres etiam opera & exercitia tua emendanda , ac perficienda tota mentis intentione Deo ipso , atque ea semper stude colligare & unire operibus Domini Iesu , ut illis unita , plus meritum

sibi concilient : tribulationes item tuas ac dolores congrega eius doloribus , ut tali unione ab omni fæce expurgentur. Item a fuescas quotidie expensis ac perspectis peccatis & imperfectionibus tuis , ea omnia projice in profundum abyssum miseratum Domini Iesu , ut ibi penitus consumantur : deinde ab omnibus creaturis te abstine , omnibus te subdito , homines charitate Christi complectere. Postea omnibus , quæ infra sunt , post habitis , in divinæ voluntatis bene placitum te resignabis , paratus , omnia de manu Domini suscipere , & ab ea quæcumque adversa immissa patienter sustinere. Ardentissime postulabis à Domino , quæ tibi necessaria sint , ut ei perfecte uni. i. valcas : ad hæc patronam tibi assumes Virginem Dæi genitricem Mariam , & in tui parrocinium Sanctos omnes , & cælites invocabis ; deinde orabis pro fidelibus omnibus vivis , & defunctis , & pro tibi specialiter commissis.

O felix anima , quæ puritati cordis sancta que introversioni jugiter studet , & privato amori , propriæque voluntati abnegandis incumbit. Hæc enim magis in dies Deo appropinquat , viresque ejus amplius rorborantur , ac sicut stellæ lucescunt , sic denique fit idonea ad contemplandum divinitatis abyssum sereno , ac simplici & jucundo intuitu : & caligante rationis oculo ad tantæ lucis conspectum , ipse simplex mentis oculus viget ac perspicit transcendens corporeas , atque incorporeas imagines , in sola caligine quiescens , quæ maxima lux est in hoc exilio. Per amorem etgo omnes

formas transcendens anima, & supra se ipsam evecta, in Deo tota effunditur, ubi mirabili pace, ac dulcissimo Dei complexu fruitur, merito canens: *In pace in id ipsum dormiam & requiescam.* Defluit enim anima amans à se ipsa & velut ad nihilum redacta in abismum æterni amoris collapsa, absorbetur, & sibi omnino mortua, solum vivit Deo, nihil sciens, nihil sentiens præter ipsum. Perdit namque se in vastissima divinitatis solitudine ac caligine: sed sic se perdere, utilius & jucundius est, quām se inventire; ibi enim quidquid humanum est, exnuens, & quidquid divinum est, induens transformatur, atque transmutatur in Deum sicut ferrum in igne quodammodo transit in ignem: manet tamen essentia animæ, sicut ferrum ignitum non desinit esse ferrum: quo sit, ut anima quæ antea frigida erat, nunc ardeat: quæ prius tenebrosa, nunc luceat, quæ prius dura, nunc mollescat: & plane tota Deicolor sit: tota enim divini amoris igne concremata, totaque jam liquefacta: transit in Deum, & unus spiritus (ut ait Apostolus) efficitur cum eo. Varii *I. Cor. 6.* tamen sunt gradus huius excessus, nam alius alio dulcius in Deum convertitur, & alius alio perfectius in ipsa conversione se à se ipso repellit.

Omnia hæc dicta à Dionysio Areopagita habentur: qui in libello de *Mystica Theologia* ad Timotheū inter cetera sic dicit: *Vt per intensissimam exercitationem pervenias ad contuenta divina spectacula, relinque sensus & spirituales intellectiones, intellectuales inquam operationes, & sensibilia omnia, &*

64 SECUNDA PARS.

, intelligibilia, sive sint, sive non sint : & pro
, viribus enitere, ut per quamdam tui ipsius igni-
, norationem illi iungaris, qui supra omnem
, est substantiam. Nam ubi libere & pure a te
, ipso atque omnibus excesseris, expeditus ab
, solute, ad supersubstantialem divinæ caligini-
, nis radium evolabis. Et paucis interiectis,
, ait : Contemplator visibilita & intellectua-
, lia deserens, ingreditur mysticam ignoratio-
, nis caliginem, in qua omnia scientia & co-
, gnitionis praesidia terminans, totus fit in eo,
, qui tactum penitus, visumque refugit, atque
, omnia transcendit. Et paulo post : Ad hanc,
, inquit, perlucidam splendidissimamq. caligi-
, nem admitti, & per visus scientia que priva-
, tionem videre, & scire eum, qui aspectum
, omnemque scientiam transcendent, oramus:
, sic enim non videre, & nescire, verum scire
, est, & videre. Idem Dionysius, de caligine
, hac ad Dorotheum Diaconum scribens;
his utitur verbis : Divina caligo est lux imac-
, cessibilis, in qua Deus habitare dicitur : haec
, propter eximiam, & quæ substantia supere-
, minet, claritatem, invisibilis est ; atque ipsa
, propter supersubstantialis luminis copiam ex-
, ea manantis, inaccessibilis existit, in ea li-
, quescit, & ea absorbetur, quisquis Deum
, nosse ac videre meruit. Nam eo ipso quod
, non videt, nec cognoscit, familiarius iungi-
, tur illi, qui visionem omnem, cognitionem-
, que transcendent, plene intelligens eum esse
, super omnia, quæ in sensum vel intelligen-
, tiā cadunt. Vnde David : Mirabilis facta
, est scientia tua ex me, &c. Paulus investi-
, gabilis via eius, &c. Hæc Dionysius.
O vere beata anima, quæ propria omni-

operatione seposita, in vi memorativa nundatur omnibus imaginibus: in intellectu sentit & fovet præfulgidas illuminationes Solis iustitiae: in vi concupiscibili sentit æstum quemdam quieti amoris, sive contactum Spiritus sancti in similitudinem viui fontis affluentem rivis æternæ suavitatis. O vere beati, quibus licuit hæc vel tantillo spatio temporis experiri. Nam per sapientem sui ignorantem, & per intimum amoris contactum, inexplicabiliter quodam modo Deum anima cognoscit; & in eo stabilitur: nam cum ea ab omnibus libera ac semota, simplex existat, & munda, ut tersum speculum eam assidue Dominus sui divini fulgoris radiis illustrare solet. Heu quam pauci sunt, quibus huc pervenire contingat! Modicus enim amor, tenuisq. affectus, quo quis mortali creaturæ adhæret, verbum otiose prolatum, aut buccella panis, aliter quam oportuit sumpta, & aliæ hujusmodi, licet minutule paleæ efficiunt, ut Deus, qui summa puritas est, non intime animæ uniarur, donec hæc inordinationes expientur: immo tempore unionis inter Deum & animam quæcumque (licet bonæ) imagines sunt procul expellendæ: quia sunt media inter utrumque. Ideo athleta huc pervenire cupiens (Deo ipsum trahente atque vocante) cum primum senserit se divino amore vehementer inflammari, ac sursum trahi, propere rescindat quilibet imagines, festinerque ad sancta sanctorum, & ad internum illud silentium, in quo non humana sed divina dumtaxat est operatio:

.66 SECUNDA PAR. S.

ibi enim Deus ipse est agens , homo vero patiens . Nam dum vires animæ silent & à propria actione quiescant , atque ab omni denique externa imagine liberæ sunt , Deus ipse loquitur , easque mentis vires pro libito disponit & afficit , nobilissimum opus in ea per agens

Documenta necessaria iis qui divinam operationem in se sentiunt vel ea privatuntur. §. I.

Postquam autem anima præclarissimam pac præ omnibus dulcissimam Dei actionem in semetipsa non senserit , tunc propriam actionem suam , suaque exercitia prædicta resumat . Cavere autem summopere anima debet , ne in sua introversione , & ad Deum conversione ultra quam satis est , extendat intellectum suum , ne si altius quam oportet volare tentaverit , extra debitam simplicitatem aberrans , æternis tenebris involuatur , unde intolerabiles miseriae & ipsius animæ anxietates oriri solent . Introvertat ergo se simpliciter intellectus , oculos diligenter & placide deprimens , atque excæcans : violentum præterea impulsu prudenter vitet , ne prægravans natum , se nimium debilitet , si tamen nequac non affligi , hac ipsa afflictione nequaquam perturbetur , nec despondeat animum , sed humiliter & patienter eam patiatur calamitatem . Nonnulli quippe sunt , qui in feruidis ad Deum aspirationibus se exercentes , maximum saepe sentiunt cruciatum , donec

Dei ipsius dono , & assidua consuetudine
id assequuntur , ut se se simpliciter , ac facile
valeant exercere. Plerique etiam sunt , qui
modicam compunctionem sensibilem sine
sui iesione non ferant. Denique athleta
Christi diligentissime cauteat ; quidquid in-
ternam animę tranquillitatem valeat dissi-
pare : si vero sint impedimenta , quæ vitare
nequeat , humiliter Deo offerat in laudem
sui nominis.

Cum vero consolationem aliquam à Deo
acceperit , & quando evenerit , ut specia-
li gratiæ dono extra naturæ lumen rapiatur ,
non plus æquo admiretur quod senserit ,
nec ultra solitum exultet , aut scrutetur
quid sit , & quomodo sit Deus : non argute
discutiat lucem illam intus coruscantem , &
cælestem illum saporem , quo afficitur : sed
placide illis fruatur , & in solo Deo ipso
conquiescat. Ne vero quid suspectum ha-
beat , dum luce cælesti consolationeque in-
tegra plenius affluit , certo sciat , lumen
illud quod in animæ centro lucet , & quo
quis Dei bonitatem , & propriam sui vilita-
tem cognoscens , in vera proficit humilita-
te , non à spiritu maligno , sed à Deo mi-
tifice infundi. Diabolus namque solet va-
hos superbosque homines decipere , confi-
ctum lumen & falsam ingerens dulcedinem ,
sed essentiam animæ solus Deus ingredi po-
test. Non igitur querat anima in donis Dei
proprium commodum , propriamque oble-
stationem , sed solam Dei laudem ac bene-
placitum : ita ut semper parata sit (si ita
Deo placeat) carere delectationibus
quibus ab eo sepe sovetur. Verum

68 SECUNDA PARS.

tamen non repellat, nec impediait ipsa Dei dona, sed humili gratoque animo ea recipiens, admiretur & laudibus extollat divinam illam bonitatem, quæ indigno homini talia conferre dignatur.

Caveat contemplator, ne aridus fiat, & ineptus ad alia opera peragenda, sed quæ concipit in contemplatione & unione, exerceat in sanctis operibus: ita ut si dum se intus exercet, obedientia aut charitas aliquid exterius agere suadeat, non indigne ferat, sed prompte hilariterque obediatur semper & quocumque temporis articulo resignatus, & plene sibi renuncians manere deberet.

Igitur ô anima generosissima & nobilissima te puram & liberam custodi, noli ad varietatem sensuum foras excurrere, sed cohibitis sensibus intus habita, ad Deum ardenter convertere, nullies per diem in abyssum divinitatis immersa, ibi utro citroque natare curatos. Anhela ad illam supernaturalē spiritus cum Deo unitatem revola in Deum, à quo ducis originem, qui lux est in-creata & lux insimul eternitatis. Huc tamen non datur ascendere, nisi his, qui naturam suam sensusque suos præclare vicerunt, qui nec prosperis & nec adversis vitiis moveantur, sed stabili quadam pace fruantur; ideo in eis nulla turbulenta affectio diu durate valet. Cumq; hi Dei homines plene à Deo instruantur, & illustrentur de agendis & properet Deum omittendis, tamen libenter se aliis subduant, omnibus in Christo obtemperant, sponte insimo loco delestantur donis multiplicibus, quæ recipiunt, non ex-

tolluntur, sed potius in vilitatis suæ profundi-
dum se demergunt, minima peccata studio-
fissime vitant, & si quæ incurruni, mox Chri-
sti sanguine diluunt. Hi incogniti mundo vi-
vunt, horum cælestem conversationem non
facile quis advertit, nisi eadem cum ipsis gra-
tia potiatur; nam singulares, & inusitatos
mores hi ostendere forsitan solent, sed sua-
ves se se & benignos in convictu omnibus
exhibent, ita tamen ut peccatum miro studio
devitent: nulla vultus severitate, sed maxi-
ma animi clementia utuntur, omnibus misera-
tionis affectum impudentes. Quibus
plerumque evenire solet, ut cum in aliquo-
rum commercio quasi nullius momenti se
gerant, vilipendantur, etiam ab his, qui ex-
teriorum non paruum sanctitatis specimen præ-
se ferunt, atque etiam ab his, qui duriter vi-
tam ducunt, quiq. in austerioritate externa spon-
te assumpta confidunt, plerumque despiciuntur,
quod ipsi corporisculis suis quietem &
alia necessaria pro Dei honore concedere
soleant.

*De duplice unione animæ cum Deo,
activa & passiva. Virum qualibet
interna imagine unio impedia-
tur. §. II.*

Diu sicut elaborandum est, & summo
studio entendum, ut ad scaturiginem
aque vivæ in imo animæ tuæ latenterem per-
venire queas; diu oportet te ante cubicu-
lum Regis æterni excubare, pulsare, prius
quam intro admittaris.

Et ut facilius intelligas, quid sit unicæ ani-

70 SECUNDA PARS

mæcum Deo, scias velim, du licet esse
unionem animæ cum Deo per amorem;
quædam enim est habitualis, altera actua-
lis: hæc vero duplex, quædam activa,
quando quilibet nititur Deo semper adesse
in intellectu, voluntatemque suam semper
ad eius amorem inclinat, aut saitem arden-
tissimis ad id desideriis abundat; altera pas-
siva, de qua dicit Bernardus, *Rara hora, &*
D. Ber. *brevis mora.* August. 10. confess. cap. 4. Ali-
Aug. quando (ait) *introducis me in affectumni-*
mis inusitatum introrsus: ad nescio quam dul-
ced nem, quæ si perficiatur in me, ignoro,
quid futurum sit, certe vivere absque illa non
licebit; sed incido in hæc ærumnosis ponderi-
bis, & resorbeor solitis affectibus, & teneor
fletu madeo, hic esse valeo, nec voto, illuc
volo, nec valeo. Et quamvis hæc fervens
dilectio eliciatur à voluntate, dicitur ta-
men passiva, quia ad illam non excitat vo-
luntas seipsum, velut ad primam, sed imme-
diate excitatur à Deo fortiter, sitque regu-
lariter ac placide cum excessu quodam, ac
suspensione sensuum, estque mirum in mo-
dam dulcis, & paucis conferri solet. Sed
attendas, quæso, quod amare Deum cum
suspensione ac sensuum obdormitione non
dicitur evidenter signum passivæ
unionis: inventur enim sepe etiam in
activa unione suspensio, ideo qui suspensiva
*unione fungitur, nolit discutere, sitne acti-
va, an passiva, sed gratias agat pro ea,*
quæcumque sit. Multorum sententia fuit,
hanc unionem, quamvis pura esset, à qui-
buscumque imaginibus posse impediri, licet
essent imagines ipsæ utiles, quæ animam

ipsam disposuerant, ut imagines mysteriorum humanitatis Christi, & etiam divinorum attributorum: hoc tamen caute intelligendum est, ne erroris existat occasio. Si enim intelligamus has imagines, dum se offerunt intellectui animæ immediate quiescentis, ac fruentis unione divina pura, non esse tenaciter recipiendas, nec morose eo temporis articulo illis vacandum, aut rebus quas ille representant, sed re vera claudendos esse ad eas mentis oculos, regulariter loquendo, verum hoc fateamur, necesse est; divertere enim ad eas morose impedit progressum immediatæ unionis cum Deo. Si autem intelligamus, has imagines quietissimæ occurrunt pure contemplanti, atque amanti Deum: impedire hebetareque vigorem ac perfectionem unionis, credo falsum esse: experientia enim constat hoc s̄p̄ evenire, dum homo in solum Deum toto mentis actu fertur: sit enim, ut e tempore raptim occurrat intellectui hæc imago videlicet; Hic Deus pro me homo factus est, aut crucifixus: hæc namque imagines, non solum non impediunt, verum etiam promovere & augere solent unionem amoris atque admirationis suspensivæ: immo nec imago peccatorum raptim transiens, officiet. videlicet; Hic Deus tot criminis pro sua benignitate condonavit; nam hæc imago non perturbare, sed quietem mentis occasionaliter adaugere solet, dummodo homo tunc non descendat ad specialem ipsorum considerationem, sed mox resiliat in fontem aquæ vivæ. Sæpe etiam contingit, quod dum unio recessit, rursus sponte

igneſcat, ſi mentem applices ad media ſalutis feria, ſcilicet, ad Christi paſſionem, &c. aut ſi cogites, quām miſericorditer te Deus diu tolerarit, quāſierit, invitaverit, expectaverit, eterna deniqūe gaudia paraverit.

Vt autem plene inteliigas, quantum quisque proficere valeat in hac philosophia, ſcito, eos qui felicissimis vinculis violenti amoris tenentur, debere ſibi aliquando vim inferre, ut Deum à ſe expediant, & ad alia mentem transferre poſſint: videlicet quando obedientiavel officium cogit alicui negotio intendere, aut certe ſalutis corporalis conservatio compellit à fervore unionis cefſare. Novi ego aliquos valde in hac unitivi amoris philosophia proiectos, qui ſæpe languerent, ſingulisq. mēſib⁹ lecto ægrotantes decumberent; non alia de cauſa, quām ex affiduō unitivi amoris fervore, & diuinæ charitatis ardentifimo studio. Quare compelluntur hi ſpiritum aliquantisper demulcere, ac melioribus cibis uiūi, ut vires amissas reficiant, quibus conſulendum eſt: ut ita prudenter ſua exercitia moderentur, ne corporis valetudini evidentissime nocere videantur. Fassa eſt mihi quædam non poſſe audiē concionatorem in fervore ſpiritus de divinis differentem: mirò enim fervoris impetu cor ſcindi videbatur, ac præ gaudio à ſe avelli: quapropter ſæpe de egrediendo a templo cogitabat. Vt diſcas eſſe benignus, memineris amorem Dei zelum ad eṛſus peccata producere, amorem vero proximi mansuetudinem ac lenitatem gignere.

D.
Bern. „ Utinam (ait Bernardus in Cant. Serm.
„ 46.) mibi detur, pax bonitas, benignitas,

gaudium in Spiritu sancto, misereri in hilaretate, tribuere in simplicitate, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, his contentus ero, atque ceteri qui meo de hac re iudicio acquiescere velint: existimo enim Deum etiam his fore contentum, cetera Sanctis Apostolis, virisque Apostolicis dernelinquo, &c. Vocat ibi sermonem sapientiae, sive scientie philosophiam, gratiam curacionum, interpretationem sermonum, & similia.

Interdum putat homo se Dei Spiritu agi cum aliunde agatur. Discrimen inter Spiritum sanctum & proprium spiritum. S. III.

Abbas Cheremon Collat. II. his verbis *Abbas* utitur: Evidentissimum indicium est cheremonia non dandum a vitiorum face liberare, in criminibus alienis affectu misericordiae non condolere, sed rigidam iudicij servare censuram. Quomodo enim perfectionem cordis habere dicetur, qui id non habet, Alter aliter onera portare? Quo pacto charitatem habere? de qua scriptum est: *Non irritatur, non inflatur, non cogitat malum, omnia suffert omnia sustinet.* Vnde de iusto dicitur Proverb. 13. *Quod miseretut etiam iumentorum suorum: viscera autem impiorum sine misericordia,* ideoque ipsdem vitiis monachum subiacere certissimum est, quae in alio inclementi, ac inhumana severitate condemnata.

Vt melius te ipsum discutere scias, attende-

his quæ dicam: Sæpe naturalis valetudo juvat, aut impedit bonum opus & devotionem internam: & ideo plerumque credit homo se spiritu Dei agi, cum tamen aliunde agatur; verbi gratia, Gaudium vel alacritas in aliquo hono opere ex naturali dispositione procedit, quod homo existimat à virtute vel charitate provenire. Inacundus enim & si bono zelo movertur, tamen ipsi bono zelo miscetur naturalis amaritudo, & aliquando existimat purum, quod mixtum est; lenis enim & comis ex naturali dispositione quam habet, pronus est ad clemenciam, Rigidus ac severus ex naturæ suæ habitu difficulter exibet benignitatem: nnde sit ut licet habeat plus charitatis in aliquo opere, minus tamen habeat alacritatis, & minus habens charitatis in eodem opere, habeat plus alacritatis: hoc sit naturalis habitus varietate. Vnde cæteris paribus qui majori mentis conatu ad aliquod pium opus anhelat, plus meriti comparat.

Similiter de devotione dicendum est: nam si duo e quali suffulti charitate sint, quorum alter grata exercendi se in devotione sit preditus, alter vero tentatione labore, vel adversus aliquam infirmitatem, aut imperfectionem bellum gerat, non minus hic habebit meriti motibus animi & pugnæ contibus, quam ille devotione & mentis alacritate, qua fruitur: immo plus mereri potuit, si legitime & viriliter certaverit. Nam sæpe vehemens tedium & cordis amaritudo, vires & virtutes animæ exerceat, & non evertit. Sive ergo aliquis accidia labore, & ariditate cordis vel tentatione infel

rexit, sive intima cordis devotione perfra-
tur, non minus ille in adverso temptationis
statu, quam hic in quieto & seculo mereri
poterit. Plerumque tamen infirmis devotio-
nis status solet esse fructuosior, robustis ve-
ro & constantibus temptationis occasio, sive *Ricard.*
status plus meriti consiliabit. Hæc Richar-
dus super *Cantica. cap. 18*

Ibi etiam *cap. 17.* ut discriminem assigna-
ret inter ea, quæ fiunt ex spiritu proprio vel
divino, hanc apponit doctrinam. Inter Spi-
ritum sanctum & proprium caute debet ho-
mo discernere; & se ipsum accuratè discu-
tere; cumque ad aliquod opus movetur;
attente perspicere, an ad illud per agendum
aliqua impellat humana delectatio, vel vi-
tium vel tentatio. Sunt etiam in anima ali-
qui motus ex dispositione propria, vel ex
causa & occasione aliqua, vel ex curiositate
& ambitione, vel denique levitate, &c.
Impetus provenientes ex virtu vel tentatio-
ne omnino cavendi, reliqui toleran-
di sunt, atque his bene utendum est, ne
scilicet eos sequamur. sed eos à latere affi-
dere patiamur non damni, sed ministerii
causa: videlicet ut ex ipsis majori mentis a-
lacritate ad quodlibet bonum opus peragé-
dum rapiamur. ubi enim nobis naturalia
absque alia causa cooperantur, promptior
ad ea fit spiritus noster, & alacrius peragit,
quod intendit. Cavendum tamen est, ne
principue alicujus humanæ delectationis
causa impellat, nec eum impetum sequa-
musr, licet patiamur: ubi tamen reipsa im-
petum esse Spiritus sancti cognoverimus,
protinus ad exequendum surgamus. Anima

76 SECUNDA PARS

tamen infirma suspecta sibi esse debet: nam cum imperfecta sit, proclivior est ad impetus sensuales quam spirituales. Idem *ibidem cap: 7*, perfecte docet, quo pacto consilendus sit Deus in oratione, de totius vitae dispositione: quomodo scilicet ad interius cubiculum secedendum sit, veluti Moyses ad tabernaculum foederis: ut Dominum consideraret, de dubiis, de disponenda & ordinanda mentis suæ domo, de gerendis in illa de statu proprio de fratrum necessitatibus spiritualibus, de dilectione Dei, de amore justitiae, de discretione exercendi zeli, de tempore dissimulandi excessus, de compunctione delinquentium, de rigo: e habendo &c.

Idem: Qui ad perfectionem spiritualis vitae anhelas: cavere debes imprimis multitudinem venialium: & minores concupiscentias, cogitationes carnales pravas & vanas, ut iræ, suspicionis, amaritudinis & similia. Vitandæ etiam sunt terrenæ consolationes in cibo, potu & colloquio, in visu & auditu, in curiositate, in vestibus; in somno in qualibet libertate; nam quanto acris solatia hæc responens, & mortificans, carnaliter consolari renuit, tanto dulcius in spiritu merebitur consolari & divina foveri gratia. Si enim vivificans gratia reperiat cor liberum ab his imperfectionibus plenius & uberiori implet. Ad eradicationem superbiae præsentem, toris viribus conandum est. Sed quis occultas ejus radices, dulces cogitationes, quibus latenter se insinuat, cognoscere poterit, nisi Deo reuelante? Hæc quo magis in mente dilatatur, eo minus cognoscitur:

mus enim copia mens amplius atque amplius excæcatur, in verbis, in operibus multiplicitate latet, nec satis cognosci poterit, nisi gratia prævia. Ideo hæc fera fugienda est summopere; nam vel tantillo illius commercio totius cœlestis gratiæ ardor extinguitur.

In anima speculo Deus conspicie-

dus §. IV.

Bernardus in *Opusculo de interiori domo* ita inquit: Ille solus aptus est internæ dulcedinis degustare saporem, silentium interiore quietis, gratiam jucundæ contemplationis, qui in sui cognitione diu se exercuit. & longo exhortationis usu est plene eruditus. Frustra enim cordis occultum erigit ad videndum Deum, qui non dum idoneus est ad videndum, & perfecte scipsum cognoscendum. Nam prius necessaria est, intelligas invisibilia cordis tui, quam intelligere valeas Dei ipsius invisibilia; quod si te cognocere nequeas, ne presumas comprehendere, quæ sunt supra ternum enim aptius est ad videndum Deum quam rationalis animus se ipsum quereres & plene inveniens. Quod si invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, conspicuntur quanto facilius per imaginem suam conspiciri poterit modo illa terfa sit & pura? Terge ergo speculum tuum, si velis videre Dominum. Hoc faciat verus pœnitens; non cesset quotidie exter gere, & custodire speculum hoc, & attente inspicere, an in eo sit aliquid quod Deo displace positis neque enim minimum offendiculum tolerabile reputat (sive actionis sive cogitationis) idque mox

D.

Bern.

cap. 13.

„ lachrymis compunctionis delere curat
 „ Teneat etiam speculum hoc , ne deorsum
 „ corruat , ac terræ per amorem inhæreat
 „ aut inanum , cogitationum pulvere sor-
 „ descat . Custodiat etiam caute , ut quando-
 „ ille cuius deliciæ sunt esse cum filiis ho-
 „ minum ; & ad ostium stat , & pulsat,
 „ ingredi voluerit , mentis receptaculum
 „ purissimum inveniat .

Hoc ergo speculo diu diligenter inspe-
 „ (ait cap. 14.) incipit illi quædam diuini
 „ luminis claritas infundi , & immensus qui-
 „ dam insolite visionis radius cordis oculis
 „ apparere : ex cuius luminis visione ani-
 „ mus ipse accensus , incipit munda oculo-
 „ rum acie superna & æterna conspicere,
 „ Deo inhærere , cuncta quæ adsunt , tam
 „ quam non sint , despicere , cunctis affe-
 „ ctionibus renunciare , & totus soli amo-
 „ ria Dominico incumbere . Ad tantam glori-
 „ machinam pertingere non valet mens
 „ propria industria ; Dei enim donum est.
 „ non hominis meritum , sed huic gratis
 „ recipiendæ proculdubio aptus redditur
 „ qui seculi curam abjiciens , sui ipsius tan-
 „ tum curam agit , qui frequenter in se dei-
 „ cendens humiliter considerat , quid ipsis
 „ sit : diligenter discutiens : unde veneris
 „ quò tendat , quomodo vivat , quid agat,
 „ quid agendum omittat , quantum quoti-
 „ die proficiat , vel deficiat , quibus cogita-
 „ tionibus plus infestetur , quibus affectio-
 „ nibus saepius pungatur , quibus tentatio-
 „ nibus malignis acris impugnetur . Quâ-
 „ tum enim quotidie in tuis utilitatis cog-
 „ nitione proficiis tantum ad Deum anhe-
 „ lans , altius progredieris . Disce ergo in-

COMPENDII.

79

corde tuo habitare ibique mansionem facere : si forte quacumque mentis evagatione inde abstractus fueris, mox ad te re. dire festina, quod si feceris usū assiduo, ea manstone oblectaveris; ita ut nil molestius existimes, quam alibi & extra te esse. Quapropter si forte sensuris cor tuum externis delectationibus affici, & cogitationes tuas morose in eisdem delectari, celestiter eas a te expellere curabis, nec umquam fines cor tuum illis patere, sed expulso hoste, ad te rediens, ibi immorare oblitus omnino extenorum, figens omnes motus cordis tui in uno æternæ gloriæ desiderio ; quo fieri, ut præ gaudio te capere nequeas, & hoc tramite ad Dei cognitionem facillime ascendas, totus in ipso absortus, ita ut non te, sed solum Deum sentias. Non dolebis ob iniurias, ridebis opprobria, damna contemnes, paupertas non erit gravis, mortem denique lucrum reputabis ; fieri etiam ut frequenter raparis, mentisque excessum patiaris, a terrenis omnibus penitus liber, ac divinæ pulchritudinis consideratione suspensus. Nil incundius, si diutius tanta dulcedine frui licuisset, Cum enim mēs ibi esse diutius expetit, subito labitur, & ad se rediens, nemini potens est referre, quæ super se vidit : sed cognitione suavitatis dilecta, miratur eximia degustate dulcedenis suavitatem, & cælestem illam mentis lætitiae infusionem, incorporeæ lucis claritatem, intimæ societatis saporem, ac denique illius summæ quietis & tranquillitatis arcanum tacite secum & (ut

EO SECUNDA PARS

, aiunt) in sinu meditari non cessat. Vob
,, ergo, ne deficias, donec in conspectu
,, Regis ipsius pervenias. O felix anima
,, quæ jam diuturno usu in prædictis sum
,, effecta, internæ pacis fructus felicitate
,, in ea namque quæcumque molestiæ licet
,, gravissimæ foris perstrepant, internæ
,, quietis silentium non interrumpunt, tamen
,, enim id quod amat, & in quo delectatur
,, intus possidet: quod nemo umquam eripe
,, re poterit licet caro præmar, mundus in
,, hat. diabolus terreat, dulci tamen in
,, securitate congaudet; denique licet omni
,, volubilitate mundus circumrotetur, n
,, deat, ploret, emarceat, pereat, secum
,, non desinit esse & tranquilla.

Ibi ex cap. 69. & 70. Tantum te in divina
,, dilectione proficere credito, quantum
,, creaturarum amore defeceris: ideo cum
,, in intimis tuis validiorem aliquam dele
,, tationis ac dilectionis violentiam expa
,, tus fueris, quam numquam alias, atten
,, te inspicio. an sit aliquid præter Deum
,, quod te consolari valeat; & inde intelligi
,, quanto in divino amore progressus fu
,, ris. Nam si aliqua ex creaturis te delecta
,, nondum ardentissimo illius dilecti amor
,, es plene imbutus, & si eum non satig
,, ad intima tua introducere, quomodo co
,, dendum est te velle vel posse sequi illi
,, ad sublima sua? id est, ad theoricos et
,, cœli. Certissimum ergo signum tibi
,, o anima, quæcumque sis, te dilectu
,, tuum nou perfecte diligere, si ad theo
,, cos illos excessus nondum vocaris, vel ne
,, cantem sequi non plene meritis. Q

pacto namque perfecte diligere vel di igi.
 poteris, si summo desiderio ad superna
 non raperis, & ad anagogicos conatus
 illos in mentis alienatione non transis ?
 Satage itaque Deum tuum summe & inti-
 me diligere, & omni temporis articulo
 ad divinæ contemplationis gaudiumsum.
 mo studio anhelare ad quod si Deo dante
 aliquando admissus fueris ac illud divino-
 rum faciorum spectaculum liceat intueri,
 o quam intimis desiderijs, quam profun-
 dis suspiriis, quam incenarrabilibus ge-
 mitibus ad illud contendes ? Quam pro-
 funda & jucunda admiratio, quam af-
 fidua memoria illam inspectā claritatem
 mente meditaberis, nil aliud vere expe-
 tens, ac ardentissime desiderans, quam
 in eam redire ? Fieri tamen nequit ita
 perspicue illam contemplari, ut visu per-
 pexerit: nam nec videt modum, nec vi-
 sionis qualitatē asséqui valet, sed per me-
 diam quasinebulam aspicit, & quasi im-
 memor reminiscitur, & quasi non videns
 induetur, donec tandem iterum detur à
 meditatione ascendere ad contemplatio-
 nem, à contemplatione in admiracionem,
 à admiracione in mentis alienationem.
 Quam expetit ilis sit contemplationis gra-
 tia, ex verbis subiunctis expende: contempla-
 tionis gratia cor ab omni mundano amore
 non solum emundat, sed etiam sanctificat
 & illud ad cœlestium amorem inflamat,
 & qui divina inspiratione & revelatione
 ad gratiam contemplationis promovit est
 quasi arrhabonem illius futuræ plenitu-
 dinis accipit, ubi perpetuo contempla-

„ tioni inhærere licebit. Per contemplationem
 „ velim , scias nos ad iustitiam eruditum
 „ consummari vero ad gloriam. Nil denique,
 „ esse potest jucundius aut utilius gratia
 „ contemplationis ; quanto enim amplius
 „ in cœlestium contemplatione delectaris,
 „ & iisdem delectatus , admiraris , tanto
 „ libenter in ipsis immoraris ; tanto denique
 „ que clarius illuminaris : invenies namque
 „ que semper & quod admireris , & in quo
 „ gratissime delecteris .

Nusquam alibi erit vel copiosior admirationis materia , vel utilior delectationis causa. Ad hanc gratiam potius pervenire possumus intima compunctione , quam profunda investigatione : magis suspiriis quam argumentis : lacrymis , quam sententiis , oratione , quam lectione , celerius denique gratia lacrymarum quam scientia & doctrina litterarum .

*VARIÆ COGITATIONIS ,
 meditationis & contemplationis ex-
 plicationes , & varia discrimina-
 Cap. XII.*

Gerson ex Ricardo sic definit hos terminos : Cogitatio est improvidus animæ obtutus circa sensibilia , ad evagationem pronus . Meditatio est providus animæ obtutus in veritatis cognitione seu inquisitione vehementer occupatus . Contemplatio est perspicax & liber animæ intuitus in fructu

res spirituales perspiciendas usquequaque diffusus & in divina specula quasi suspensus. Cogitatio igitur vagatur absque labore & fructu, quia faciliter movetur huc atque illuc, quoconque eam occurrentia objecta seu phantasmatata ferunt. Meditatio autem cum sit certæ veritatis inquisitiva, laborat cum fructu. Experimur enim, quam difficile est figere mentem in alicujus tei consideratione: præsertim cum nititur ratio rei quidditatem perspicere ab accidentibus & circumstantiis semotam. Contemplatio circumvolat, sine labore cum fructu tamen maximo non enim moratur in inquisitione sed in admiratione.

Meditatio si debite fit, transit in contemplationem, facta namque sedula veritatis inquisitione, denudatis insuper vehementius studio rerum quidditatibus ab omnibus accidentibus & circumstantiis, generatur ex ea assiduitate quidam habitus, purificatur lumen intelligentiae, tantoque sit acutius divinis spectaculis inspiciendis, quanto a sensibiliibus cogitationibus est liberius. Contemplans enim (ut dicit August. de Trinit.) similis sit homini in excelsi montis cacumine residenti, quo nec nubes nec venti attingunt, ideo ibi liberius oculos poterit circum agere & ad serenum solis iubar extendere ob coeli puritatem & tranquillitatē regionis: ita quamdiu menti licitum est in arce intelligentiae sine delapsu ad inferiora morari, libero intuitu poterit divinas perfectiones contemplari. Præterea sicut ille qui in excelso montis culmine resideret, non solum superiora, sed

etiam, quæ subtus se sunt, liberrime intuerit: ita fixa mentis acie contemplans, liberius & purius perspicit, quæ aguntur in potentiis sensitivis, & inquisitionibus rationis, quam qui cogitans, sedet, & meditans; hi enim phantasmatum turbulentia patiuntur, à quibus ille liber existit.

Ex his pater, nil esse dulciss oculo contemplationis, eius tamen acquisitionem constat esse difficillimam, Pater enim contemplantis oculum non solum spiritualia & abstracta intueri, sed etiam ea, quæ in sensibus vel vi ratiocinativa aguntur, aliter tamen quam ipsæ vires, simpliciter namque aquiete, id est, facili, simplici, & acutissimo intuitu videre potest. Contemplatores ergo virti habitant in regione æternitatis & perspicuitatis: positi namque sunt extra omnem fluctuationem & desideriorum confusione infinitam, & in autam quamdam libertatis serenam evolantes assurgunt: quorum vita non minus differt à reliquorum hominum vita, quam ipsi homines à pecoribus. Illud etiam notandum, quod quemadmodū meditationem sequitur compunctio vel deuotio, ita contemplationem sequitur extatica & anagogica dilectio, id est, sursum dicens, & rapiens in divina, Aliquando etiam provenit inæstimabilis quedam & inexplicabilis iucunditas. quæ iubilatio dicitur; unde quidam & iure dicunt, contemplationem absque ea dilectione contemplationis nomen non mereii. Sed quæres quid sit mystica Theologia? Est experimentalis notitia habita de Deo, cum supremus appetitivæ potentiaz apex Deo ipsi per amorem

conciliarur: ad quam nemo umquam per-
venire poterit, nisi à sordidis & impuri
affectionibus desiccatus, velut ligna viri-
dia & aqueo hymore plena, quæ ab igne
comburi nequeunt, nisi post desiccationem
multis insufflationibus compataram. Et
Gregorius in *Homilia de cœco* dicit Per
poenitentia lamentationes, mentis phan-
tasma posse depelli. Vnde mystica Theo-
logia plus manet in affectu, quam in intel-
lectu & habetur excellentior speculativa,
sicut charitas fide, & dilectio Dei cogni-
tione ipsius: mysticam Theologiam voca-
vit inclitus ille Dionysius, irrationalem,
amentem stultamque sapientiam; id est om-
nem mentem rationisque judicium trans-
cendentem. Quamdiu aqua friget, intra se
se continet, cum autem fervescit & ebul-
lit, videtur quodammodo se ipsam non ca-
pere, sed ascendere, & sursum ferri virtu-
te caloris: non aliter anima quamdiu divino
amore non astuat, intra se se continet, sed
spiritu amoris incalescens se ipsam potenter
superegreditur, quasi supra se volitans.
Anima enim radiis puræ contemplationis
aspersa, tota amore liquescit, veluti specu-
lum concavum si radios Solis accipiat, ap-
posita fomenta comburere solet. Si brutum
animal delectabili potiatur objecto / ut
equus gramineo campo / sensitivus appe-
titus jubilat, & totus se se diffundens di-
latatur: ita etiam intellectus contemplan-
tis si Deo ipso fruatur, miro gaudio exul-
tat affectus. Ad Theologiaz mysticæ perfec-
tionem comparandam non opus est, maxi-
ma eruditione in scholis acquisita, nom

D.Greg

D.Dio.

enim illa comparatur nisi in schola affectus & amoris, vehementisque exercitii in actionibus moralium virtutum, quibus affectiva pars purgari solet, quæ si purgata est & exercitata satis est, si intellectus proponat Deum esse totum desiderabilem & amabilem: unde sit ut in ipsum vehementi amore rapiatur. Bernardus hæc scribit

D.Bern.

ad Fratres de monte Dei. Multi fuere perfecti in Theologia mystica absque speculativa, nunquam tamen Theologus aliquis speculativus tantum culmen perfectionis est adeptus, immo nec perfectus extitit in ipsa acquisita Theologia, sine mystica: hoc autem ideo fit, quod nunquam alicui licet Apostoli, aut Prophetæ verba intelligere, nisi scribentium plene imbibetur affectum. Quomodo enim poterit aliquis perfecte concipere, quid sit libertas filiorum Dei, aut dulcedo divini amoris, si eam numquam experiri licuit? esto de ea acute disputer. Contigit namque per sæpe cæcum qui aliquando de coloribus loqui audivit, de illis acute, & diserte disputare, quamvis eorum nullos proprios conceptus in corde scripserit. Sublimis hæc sapientia humilibus quantumvis simplicibus manifestari solet, occultari vero superbris & carnalibus, licet eruditissimis, alioquin sanctum daretur canibus. Quod ut facilius pateat, utamur exemplo. Si pater quidam plurimis classis vittutibus duos haberet filios, quorum alter curiose de affectionibus, verbis & operibus paternis inquireret, ut in suis actionibus patri per omnia similis fieret, nihilominus tamen patrem ipsum non diligere.

ret : alter vero placidi & simplicis ingenii ,
qui de patre suo nil querens , nil interrogans , quo pacto illi placere possit , & in omnibus obedire ; nonne hunc simplicem , pater ardētius amabit ? arcana sua com- mitteret hereditate donabit abdicato rebelli & curioso ? Sic in prædictis : Theologus enim speculativus dumtaxat , assimilatur mulcō peritissimo speculativo , in vocali canto , aut Instrumenti pulsatione , numquam exercitatio , immo habenti raucam vocem & instrumenta dissona , idest carnem , rebellem , vacuam habitu virtutum & spiritui dilectionem , ideo spiritus nequit uiri scientia acquisita , ad hoc ut opere exequatur quæ novit . Hæc cordi num juā tranquillitatem prestat : non enim oculus visu , aut auris auditu satiatur : in ea quā plurimi docti assertuere , hoc unum scire , se nihil scire : cor enim horum quatuor perturbationum ventis quasi mare agitatur , scilicet spe , timore , tristitia , gaudio . Vnde Poeta Hinc metuunt cupiunt , gaudentque dolentque . Quod Ecclesia lamentatur dicens : Confusa sunt hic omnia , spes , metus , mœror , gaudium . Ex Gersone de mystica Theologia .

V A R I I A M O R I S

effectus : raptus , unio , quietes . cap . 13 .

Q Vando autem mysticæ Theologie tota substantia in dilectione consistit , ipsa res videtur exigere , ut aliquid de amoris dicamus proprietatibus , Amor enim ra-

pit, unit, satisfacit.

Est autem raptus vehemens elevatio, fortisque actuatio superioris potentiae: tunc enim cessant operationes inferiorum potentiarum, vel saltem ita debilitantur, & languescunt ut superiorem potentiam in suis actionibus nequaquam impedian, aut remoren-
tur. Extasis autem quae proprie ad solum pertinet intellectum, fit quando intellectus ita in sui ipius actu suspenditur, ut potentiae inferiores eadem ratione penitus ab actionibus suis cesserent: & evenit raptus tam in potentia cognoscitivis, quam in affectiva. Nam rapitur aliquando vis imaginativa ita super vires sensitivas & exte-
riores, ut ipsae nil curare videantur, & re ipsa non curent propria objecta illis presen-
tata: patet in melancholicis vehementibus, in amantibus: & regulariter vehemens ali-
quis amor, aut alia animi perturbatio rap-
tus huius solent esse causa. Ratio etiam quandoque rapitur supra sensus, quod fit, quando aliquis ex vehementi affectu seu ap-
petitu vacat perscrutationibus quidditatum aut veritatum abstractionium à motu & à materia, & conatur ex notis ignota ratio-
cinari. Evenit enim saepissime, ut is, qui rapitur, non solum cesseret ab operationibus sensuum exteriorum, ita ut omnino ignoret quid extra fiat, sed etiam virtuti phantasti-
cae ac imaginativae actio sua penitus dene-
getur: adeo ut phantasma nullum irruere valeat, aut si irruat, non rationis voluntatisq. superioris virtute prematur. Patuit in hoc quibusdā, de quibus apud Valerium maxi-
mum nota est historia. Fit etiam raptus in

simplici intelligentia non solum supra omnes vires sensitivas, sed etiam ratiocinationem, quod contigit, cum apex mentis ita fortiter actuatur in simplici intuitu alicujus intelligibilis spiritualis, praesertim Dei, ut omnem aliam cognitionem extinguat, ac sopiaz dicitur haec anagogica ductio, & mentis excessus, mors animæ vivente spiritu, mors Rachelis, in partu Beniamini Gen:35. & hujusmodi raptus sit solum erga Deum, ex raptu affectus ad eundem. Raptus namque cor amans a Deo non aliter quam ferum a magnete, Quidam præterea dicunt, aliquando rapi affectum supra intellectum, singentes amorem absque cognitione.

Secunda auctoris proprietas est unio amantis cum amato, id est, amans omnino transit in amatum, ita ut in eo vivat. Nam cum similitudo sit unionis causa, spiritus autem a sensibilibus affectionibus defæcatus, existat Deo similis, aptus redditur, ut Deo uniri valeat, in ipsumque transire, secundum quamdam ineffabilem similitudinem.

Tertia proprietas est satisfactio, & animæ amantis plena quies; amor enim illi sufficit, nec quidquam aliud quam amare curat. Hujus plenæ quietis mentalis causa in promptu est, nam cum omnia quiescant in sua perfectione, perfectio autem animæ in eo existat, ut summo bono uniatur, summoque suo perfectibili, igitur. Est enim Deus animæ centrum, quæ cum in eo sit, quid ultra requireret? Manet igitur plene satisfacta & delectata, summi boni adepta unione.

Advertendum est etiam, hunc unitivum

30 SECUND A PARS

amorem, qui experimentalis Dei notitia
dei solet, esse omnino perfectum, quod
sic patet; Oratio est elevatio mentis in Deum;
ergo perfecta oratio perfecta erit elevatio.
Hæc autem non sit, nisi amoris ac desiderii
vehementia, licet orans non intelligat se
tunc aliquid postulare. Vnde Beatus Anto-
nius dicebat eum, qui perfecte orat, non
intelligere se aliquid petere: non enim orans
supra se reflectitur, non componit, aut di-
vidit sed puro simplicique amoris actus ope-
ratur, cum Propheta dicens: *In pace in id-*
ipsum &c. & hæc est plena pax ac summa
virtus huius felicitas, quæ omnem sensum
exuperat. Enitamus ergo in hac mysticæ
Theologicæ orationisque perfectæ schola
proficete, cum hæc sit quæ Deo gloriam
reddere, & cum eo amicitia legem / scili-
cket, idem velle, & idem nolle) servare sit
solita. Hæc purgat, illuminat, ac perficit
animam, delectat, satiat, stabilem reddit,
invitat proximum, non unum aut alterum, sed
mysticum totius Ecclesiæ corpus vivifico
quodam nutrit influxu, & capacissimo ma-
ternæ benevolentiae sinu omnia Ecclesiæ
membra, suaque opera complectitur, ea Deo
offerens & pro his supplicans, ac postulans
tamquam sequestra gratissima pro indigen-
tiis inopum spiritualium sublevandis, & pro
eleemosinis gratiarum querendis, ac impe-
trandis, his, qui in miseranda saeculi huius
colluvione morantur. Hoc enim præcipuum
orationis munus & officium est.

Psal. 4.

*QVÆDAM MEDIA PER-
veniendi ad hanc mysticam Theolo-
giam, ex eodem. Cap. XIII.*

IN hac mystica Sapientia ordinate pro-
cedendum est: Primo , namque , timore
tam severi Iudicis ita concuti debemus , ut
ex intimo cordis affectu clamemus : *Rugie- Ps. 37.*
bam à gemitu cordis nei : Quis novit potesta- Ps. 79,
tem iræ tuæ ? Si iniuriantes observaveris Do- Ps. 129
mine. Non intres in iudicium cum servo tuo. P. 142
Domine né infurore tuo arguas me. Proficien- Ps. 3.
tes amore mercenario alliciuntur , expec-
tantes à Patre misericordiarum & liberalis- Ps. 15.
fimo Rege cælesti præmium dicentes cum
filio prodigo : Pater pecavi in cœlum. Per- Luc. 15.
*fecit vero viventes non servili aut merce-
nario , sed vere filiali amore in Deum ten- Ff. Lz.*
dunt dicentes : Quid mihi est in Cœlo & à te Ps. 118.
quid volui super terram ? Defecit in salutare
tuum anima mea.

Oportet deinde corporis propriam con-
plexionem perfecte nosce , anima enim ut
plurimum in suis functionibus corporis
sequitur complexione. Sunt namque
quidam naturæ adeo rapidæ & inquietæ , ut
contemplationis otium ferre non possint ,
aut molestissime ferant , quod hi qui mittio-
ris ingenii & tranquillioris naturæ sunt . pla-
cidissime patiuntur. Primos B. Gregor. 6.
Moral. mittit ad actionem , alias vero id D. Greg
vitat ad contemplationem. Horum præterea
qui ad contemplationis habitum p̄cipit sunt ,

92 SECUNDA PARS.

quidam eò ascendunt per irascibilem , id est , per compunctionem , ac detestationem propriæ voluntatis , & flagitorum . &c. Alij per rationalem , scilicet cogitantes & assidue præ oculis habentes , quām æquum quāmque decorum sit recte vivere , Deo inhætere , &c. Alij vero per concupiscibilem , id est , per amorem , considerata erga nos Dei dilectione , beneficijs unicuique collatis.

Hæc autem ascendendi via efficacior est , & propria eorum , qui sunt mitioris & placidioris ingenij , & cordis ad amandum propensioris , quale est fœminarum genus , quę ideo dicuntur devotus sexus. Qui denuo velit gratiam contemplationis assequi , debet quoad fieri poterit , ab occupationibus omnibus exterioribus esseliber. Nam quāvis Beatus Gregor. dicat Prefectos Religionum esse debere præ cunctis in contemplatione frequentes , hoc de illis intelligendum existimo , qui ante Prefecturam non paruos in contemplationis habitu progressus fecerunt. Nam eam tunc denuo , cum in magistratu sunt , acquirere , cum necessarium sit , subditorum commodis invigilare , nisi maximo Dei munere foveantur , fieri non poterit..

Dicit ibi Gers: In Ecclesiasticis præser-tim Religiosis , qui in otio sunt , ad contemplationis gratiam procurandam , & ad eam acquirendam in schola devotionis & orationis educantur ; hujus gratiæ omissione iure culpanda est. Reddent enim rationem talenti sibi commissi , quod abscondunt. Addit etiam , hujus omissionis reos esse tam

viros quām fēminas sēculares , quibus per otium licuit, ingenio & instructione se totos in Deum convertere , & in affectum bonum transire , nec tamen id curaverint, dicentes: Nolo ad summa contendere , nolo merita Apostolorum emulari , placet per planiora incedere , humilioribus contenrus ero. Hi pusillanimes habendi sunt , nec attendentes , maximum esse imperfectionis argumentum , nolle esse perfectum & ad perfectionis culmen non ardentissime anhelare. Si enim opulentissimus paterfamilias filium haberet , qui piger ac iners domi sedens , nihil aliud curaret , quām sordide vivere : nil altum , nil dignum ingenio suo , aut paterna dignitate cogitaret , cum tamen pater illum studiose ad sublimiora stimularet : cui non liquet ea vivendi inertia filium parenti otiosum fieri ? Hzc Gerson Opusc. de *Mystica Theolog. pract. considerat.* 4.

Quærit præterea ibi Gerson , an perturbet devotionem internam excessumque mentalem vocalis cantus Ecclesiasticus : quod re ipsa verum esse videtur , & experientia testatur. Si quis objiciat , quo pacto quæ statuta sunt ab Ecclesia internam pacem interturbare valeant ? Huic respondendum videtur , id propter homines Imperfectos , mente interim occupandos , qui adhuc non possent quiete altiora meditari , institutum esse : non autem propter spirituales & perfectos viros , qui rari sunt : hi enim ubicumque sint , ab eo occupationis tugo quoquo modo fieri possit , in bene ordinatis congregationibus relevandi & eximendi sunt. Et si objiciatur Augustinum uberrime

94. SECUNDA PARS

flevisse, cum cantus Ecclesiasticos audiret: respondeto, illum audientem flevisse, non tamen de eo scriptum esse, quod cantaverit. Fatemur tamen aliquibus divino munere concedi mente simul & ore iubilare, quod maximæ fœlicitatis esse eorū: idque ut aille. qui valeant, necesse est ante orationis tempus, quæ deponenda sunt, meditari proderit etiam ea, quæ recitantur vel canuntur, non tam subtiliter cognoscere, quam affectuose & cum maxima cœlestis saporis exultatione ruminare. Sæpe enim evenit, ut ubi minus cognitionis, ibi plus affectus existat, nam dilectio penetrat; quod cognitione non admittitur: imitare ergo gaudentes ad tympani sonitum, & cum dixeris, Pater noster, transito mox in huius Patris affectum, si haec non poteris perficere, id est in causa, quod amorem tuum effuderis, atq; alio disperseris,

Exemplo sunt arbores, quarum humor nutritius, qui ad arboris cacumen & ramorum proceritatem ducendus erat, si cortex ex vulnere fatiscat, defluere maximo ipsius arboris detrimento solet: sic amor, humor anime nutritivus qui sursum ad eius alimentum ducendus erat, ut cœlestia cogitaret, per infima defluit, dum affectionum terrestrium vulnere laceratur: cor fatus erga terrestria effundit amorem, quem ad cœlestia evolare decebat. Hic est turpis ille viscus, quo illitas habemus cordis alas, ne altius cœolemus.

*Eis perfectio in sola charitate posita
sit, incumbendum tamen contem-
plationi: S. I.*

Curiositas etiam maximum solet esse
impedimentum, ne ad sublimia con-
templationis studia ascendere liceat, id est,
si homo ad eam tendit animo vel causa eam
experiendi, aut ut aliis eius sublimitatem
valeat ostentare, & non potius, ut inde sibi
vilius & abiectione fiat, visa perspicatius sui
ipius indignitate, & recogitata divinitatis
plenitudine, ut inde adversus tentationes
robustior & in currenda mandatorum via
alacrior appareat. Audi quid dicam, & au-
diens contremisce: aliquando seruis nequam
& filijs infidelibus exhibet cœlestis Pater
pacem filiorum, & satiat eos adipe spiri-
tualium consolationum, veluti Princeps,
qui damnato ad mortem iam iamque ad
supplicium destinato, mittere potest pretio-
sum scutulum de mensa sua, quod filio suo,
cui regnum servat, dare negligit. Habeto
ergo pro certo in sola charitate esse regnum
Dei, gratiam autem contemplationis inter
ceteras gratias gratis datas computato, si-
milis est prophetiae, quæ peccati consor-
tium patitur.

Sed licet hæc omnia ita sint, nihilominus
debet homo ad hanc contemplationis gra-
tiam anhelare, plantans, & rigans, ac incre-
mentum à Deo humiliter expectans. Ideo
quando algido rigore torpescis, quamdiu in-

96 SECUNDA PARS.

corde tuo ignis ille , quem expetis , non exardescit , necesse est insufflare lectione , meditatione , oratione : donec scintilla devotionis vel levis elucescat , quæ tametsi non suboriatur , non vacabis mercede , aut operam perdes in conspectu illius , qui laborem & dolorem misericorditer considerat .

Ps. 37. Dilectus humilibus lacrymis frigiditatem , ac animi duritiam , dicens : *Miser factus sum & curvatus sum usque in finem.* Quod si Deus benedictionem dulcedinis immiserit , summopere curabis servare , ac tueri partum & accensum ignem sub cineribus humilitatis , ne arrogantiæ flatu evanescere possit . Insuper excitabis te nunc compunctione cum tremore , conferens infirmitatem & indigentiam tui ipsius , potentia ac opulentia Dominicæ : nunc admiratione cum stupore cogitans qua justitiae distributione hos ad gloriam , illos ad gehenam reservet : quomodo multa denegat gratis , quæ ingratissimè præstare soleat : quo pacto plures saluandos per totum vitæ tempus in sceleribus sustineat , ut latronem : & in eternum damnandis gratiarum ac virtutum gratiam impertientur , ut Iudea , Quandoque animi exultatione cum iucunditate , considerans ineffabilem Dei benignitatem dulcissimam .

Docet præterea Gerson , unicuique liberum esse eligere tempus , locum , situmque corporis , quæ aptiora sibi visa sint ad facilitatem contemplationis affsequendam . Sed ut loquamur (inquit) in genere , illa videtur gratiior contemplationis hora , quando cibus digestus , & concoctus est , & humanæ cutæ sepositæ , quando observator adeat nemio-

qui amaros mugitus, gemitum lugubrem
suspiria ex imo pectorē edita, qui madentes
oculos, faciem nunc pallore, nunc rubore
suffusam, crebras pectoris tensiones, qui de-
nique terræ vel altaribus oscula, notare possit.
Quantū vero ad situm corporis attinet, ille
videtur eligendus, qui mentis quieti aptior
videbitur, ut quiescere, & sedere, non enim
valet animus in pace sua satis stabiliri, nisi
corpus in eodem situ fixū manere diisceret
Locus etiam sacer, præ ceteris commodior
est, & alicuius celebritatis, tempus aptius
ad fluenta cœli recipienda, quasi Domino
dicamus, *In die bona venimus ad te. Vnde
Ecclesia canit: Hodie per totum mundum
melliflui facti sunt cœli.*

*Adversitatis tempus contemplationis
oportunum S. II.*

Notandum insuper, quod licet perfe-
cti viri, qui utroque (scilicet pros-
peritatis & adversitatis) tempore uiu-
runt, & iis quasi habentibus arma iustitiae
à dextris & à sinistris, utrumque tempus
aptum sit contemplationi, quod horum
mens fixa semper maneat in centro æterni-
tatis, sitque velut axis, circa quem decurre-
re libere possit temporalitatis rota, aut ve-
luti acus quo magnete affecta, semper se
ad Polum dirigens, numquam ab eo desle-
xit, incipientibus tamen, & proficere cu-
pientibus, experientia ipsa cum Scriptura-
rum auctoritate testatur, commodius esse

adversitatis tempus , dummodo ipsa moderata sit , & rationis iudicium integrum custodiat , & in qua Dei munere , patientia proventum operetur. Compellit namque eos adversitas à terra elevari , iuxta illud:

- Psal. 114.* Tribulationem & dolorem inveni , & nomen Domini invocavi. Similes eo temporis sunt columbae rationali, quæ cum non inveniat ubi figere valeat pedem desiderii , ad arcam contemplationis revertitur. Et ipsa arca crescentibus tribulationis aquis , sursum tollitur. Præterea , adversitas est quædam antiperistasis spiritualis , quæ contrarium fortificat , est eos ferrum exacuens , est absynthium pueros ablactans , avellensque ab uberibus , malleus dilatans , & extendens , *Psal. 51.* juxta illud : In tribulatione dilatasti mibi . Hæc est lima poliens , æruginans , clarificans , fornax in quo aurum purgatur , ut rutiles , *Abac. 3.* ac dicat : Domine si sic vivitur . Et , Ingridatur putredo in ossibus meis .

Circa temporis refectionem dicit , Quod cum in studio perfectionis inchoanda , vehementes ac assiduus mentis labores requirantur , ac proinde vitales , animalesque spiritus decrescant , cæbriori per potum & cibum reparacione uti , necesse erit : alioquin corpori contemplationis frequentia exhausto , jejunia indiscreta adhibeantur , quid nisi dissolutio brevis , aut gravissima ægritudo subsequatur ? Atque ita volens sapiens fieri , insipiens fiet in iudicio rationis . Medicorum enim & Theologorum conclusionis hæc est sententia : plus jejunium indiscretum lacerare , quam edulium intemperans : nam hoc sanabile est , illud sæpe

fine remedio : quamquam natura paucis contenta est , nisi blandiatur sibi gula. At cum hic præfinita tegula tradi non possit ob complexionum, ac valetudinis varietatem, recurrendum est ad humilem discretionem, & ad longam sui ipsius experientiam , quibus ducibuis , à vera via defletere non poterit: meditationibus pijs , & quæ pios affectus producant insistendum est, si ad contemplationis gratiam expertis pervenire. Falluntur namque qui ad eam consequendam, spirituales libros semper legunt , aut vocaliter orant , profund hæc certe , non tantum sufficiunt : nam hi conqueruntur dicentes , non posse colligere spiritum cum meditatione , et silentio. Fateor non parvus ibi laboris esse , sed ad superandum, summo studio est annitendum: vincat rædium tuum: hora pertinax , persiste in silentio , nec statim ad recreationem lectionis recursas, ne consuetudo rumpendi silentium , pabulum fastidio subministret. Vnde proh dolor inquit Gerson) tanta contemplationis caritas apud Theologos , & Religiosos, nisi quia vix est unus , aut alter , qui solus manere , solusque secum diu meditari velit ? Nam vix incipit animus meditationi vacare cum ea dimissa , lectio repetitur , aut colloquium , aut aliquod aliud exercitium , quod lassitudine contractam reficere possit.

Dicet horum aliquis : fatigari frustra in ea meditationis apprehensione , quod nequaquam credendum est , non enim obliviscetur , aut non respicit Dominus perseveranter petentem , querentem , & pulsantem. His nāq. meditationibus affectivis ac aspira-

200 SECUNDA PARS.

tivis utendum est, ad mysticam Theologiam
sequendam, quæ nil aliud est, quam amor
extaticus consequutus puram spiritus intel-
ligentiam à nubibus phantasmatum depura-
tam. Methodum autem, quæ servanda sit
ut à phantasmibus abstineamus, donec in
divinam caliginem, ubi Deus agnoscitur,
pervenire possimus, tradit D. Dionyssius,
dicens: Quernādmodum sculptor format
pulcherrimum simulachrum, abradens par-
tes ligni aut lapidis; ita removens omnia
per abnegationem, omnia, inquam, quæ
imperfectionem, dependentiam, privatio-
nem, aut mutabilitatem includunt, libere
formare poterit Dei ipsius notitiam, tam-
quam rei actualissimæ: ex qua notitia exta-
ticus ille amor, qui experimentalis Dei
notiria dicitur provenire solet. Si vero te
ad hunc caliginosum montem & clarissimum
ascendentem, phantasma turbida invadant
vel fortiter ea abigit: aut certe spretis il-
lis, perge quo pergis, ac per medium in-
probum illud agmen alacriter erumpito. Sti-
mulat te in eo conflixtu, illius vivi fontis
ardentissima sitis: Similis esto cervo incles-
centi, & canum morsibus fatigato, ad fon-
tem frigidum & purissimum currenti. Igitur
Athleta Christi primo pénitentiæ lima,
vitorum rubiginem, & externas affectiones
studiose extergito, lacrymis ablue Christi
pedes, deinde manus ejus osculare cum gra-
tiarum actione, meditatis diligenter bene-
ficiis tibi collatis, tunc licitum erit, ad os-
culum oris accedere.

*AMORE POTIVS QVAM
studio, mystica sapientia
comparatur. §. 3.*

Postquam igitur mens sibi bene conscientia,
pac plene mnnda extiterit, idest, qnq; iam nec gaudia, nec aliud omnia servile,
vel mercenarium, anxia recogitetur, neque
de Deo durum aliquid, aut asperum existi-
met, sed in solo Deo defixa maneat, quod
totus & solus desiderabilis, suavis & mitis
sit, amarique dignissimus: tunc licebit
volare ad sponsi amplexus, oscula castissima
figere pacis omnem sensum exuperantis, &
dicere sibi ipsi gratulabunda, *Dilectus meus*
mibi, & ego illi. Habet autem Sponsa hæc
binos oculos, alterum intelligentiæ actua-
lis, alterum vero amoris, & hic est pro-
prius Sponsæ de quo scriptum est, *Vulnerasti* Cant.4.
cör meum, in uno oculorum tuorum. Fit etiam
aliquando, ut dum anima in dilectum, ocu-
lo amoris feratur, si tentet intelligere,
aut scrutari, quid sit illud quod diligit, evo-
let dilectio illa: ideo enim dicitur *dilectus*
evolare. Vnde dicitur Sponsæ: *Averte oculos à me quia ipsi me evolare fecerunt,* idest,
ne cures aperto suavissimæ coiunctionis oculo,
uti etiam oculo scrutantis intelligentiæ,
cessabit enim subito dulcissima consuetudo,
qua prius fruēbaris. Cant.6.

Hæc mystica sapientia, quam Dionisius
propriæ Christianorum vocat, citius ac su-
blimius idiotis simplicibus, qui nil aliud

quām salutem in timore & tremore curant,
quām eruditis Theologis conferri solet, ni-
hi & ipsi toto mentis affectū humilitati stu-
deant, Vnde quidam (ait Gerson) dicere
sēpe solitus erat: Ego licet per quadrāginta
annos in summo otio vacaverim lectioni,
orationi, & meditationi, tamen nil effica-
cius & ad consecutionem mysticæ Theolo-
giæ compendiosius invenire potui, quām
si spiritus noster fiat coram Deo, tam-
quam parvulus & mendicus spiritualis, cum
& ipse Deus, parvulus datus sit nobis

Facillimum esse medium ut ad eam per-
veniamus sacræ communionis frequentatio-
nem, si modò vitant. & vītæ mores, huic
sacramento componere non omittamus: af-
firmat Gerson: Merito, inquit Gregorius

D. Greg in Homil. amor ille habendus est cognitio
quædam, est enim intima Dei sensatio, &
altior quām ipsa Dei apprehensio: seu spe-
culatio. Nam amantes spirituali quodam iæ-
stu, gustu, olfactu, tangunt, gustant, olfa-
ciunt Deum (quod tamen non licet specul-
lantibus) ac proinde dicuntur certe modo
vītere Deum: communi enim usu sensatio-
nem omnem, visionem dicimus: quotidiani-
nus hic sermo est, vide quam hoc sapiat,
oleat. Cum ergo ardenter amantes Deum
intime sentiant, ut dictum est, merito Deum
videre dicendi sunt: similes namque fiunt
parvulo matrem amplexanti, ubera fugen-
ti, qui plerumque nil videt, aut audit, aut
saltē se videre & audire non judicat, ex-
perimentalī solum delectatione, & lātitia
occupatus: par est affectualis cognitio Theo-
logorum mysticorum delitiis affluentium su-

COMPENDI.

IO

per dilectum suum.

Vt autem plene intelligas quid discrimi-
nis sit, inter mysticos Theologos, simpli-
ces & idiotas, ac scholasticos licet doctissi-
mos, inexpertos tamen mysticam, audi aperte-
simam Gersonis similitudinem. Fingamus
duos esse homines quorum; alter in duplicitate
sensu, visu, scilicet & auditu sit acutissi-
mus, reliquos vero tres sensus obtusos ha-
beat, & hebetatos: alter vero cæcus &
mutus existens, gustum, tactum, & olfac-
tum vivacissimos habeat & expeditissimos:
in confessio est, hunc longe maiores sensua-
les delectationes illo posse percipere. Non
aliter Theologi speculativi, devotione va-
cui, visu & auditu spiritualibus pollent,
exteros tamen sensus, ad cælestes delicias
ineptos habent; econtra simplices devotione
fruentes, vigent praedictis tribus spiri-
tualibus sensibus, quibus, quamvis ad scho-
lasticas considerationes sint cæci, & surdi,
plus oblectantur in Deo, quem solum desiderantes,
amando olfactiunt, gustant, & am-
plexu tangunt. Natur tamen nihilominus
ali quando illis ad quamdam puram ac luci-
dam divinæ veritatis inspectionem perueni-
re, quod raro contingit: & ut inquit Au-
gust. consonans Platonis & ejus sectatoribus
non nisi raptu, quodam coruscationis more
a paucis percipitur. Contemplationis alti-
tudini irepti sunt: homines in fervore pas-
sionum hæcenti: que nisi frenentur: non
solum inutiliter & arroganter: sed etiam
in maximam sui perniciem, homo eam que-
teret, ut ex vitiis Patrum aperte constat.

Hæc Gerson, lib. de perfectis Religiosis.

Horum contemplatio, vel meditatio, in re assimilari poterit volatui passerculi tunc primum de nido excentis, qui præ alarum imbecillitate saltitans volat, cumque volare nequeat, in lutum decidit, quod nō prius excentiat, & exsiccantur madentes alegre, nequit iterum saltitare: non aliter hī cum altius evolare velint, præ passionum multitudine, rutsum in terrenas labuntur cogitationes,

MIRVM EST QVOD HOMO

Deum non diligat, à quo tot beneficia accepit. Cap. XIV.

Mirandum est qui fieri possit, ut tales non diligas Dominum, qui te non pecus, non insensibilem creaturam fixerit, sed eum, qui factorem tuum intelligere amare, eoque perpetuo frui posses: qui te adeo dilexit, ut quamvis multa adversus illum facturus essem, te tamen fingere non destitit: cumque ob crimina commissa, & beneficiorum ingratitudinem, dignus essem destitui, te tamen misericorditer expectat, non ultionem meditans, sed tui ipsius emanationem. Singula corporis tui membra, singula Domini sunt beneficia: si oculum amisisses, quanti faceres eum, qui tibi illum reddidisset? si dignus essem amittere, quam merito diligeres eum, qui tibi illum inviolatum servasset? sic de aliis membris:

idem de potentiis animæ , si visum rationis amisisses , quām venerandus tibi esset medicus , cuius ope' resipuisse' vide ergo & attente considera , quantis Domini beneficiis sis devinctus , cui te ipsum debere fatearis necesse est. Cur non diligis , cum nil iustius , nil salubrius , nil utilius , nil dulcior sit , quām illum diligere ? Si parentem humum æquum est diligere , quid de Creatore censendum est?

Creatus est Adam , non solum ad imaginem naturę , sed etiam ad morum similitudinem , pollebat namque divinis moribus , justus , bonus , benignus , mitis , patiens , mundus , & misericors erat. Heu quām dolendum est , ab hac morum similitudine , misere delabi. Conjunxit Dominus mirabiliter in Adz creatione , limum terræ spiritui vitæ & intellectus , luto mentem rationalem : ut ab ipso tui opificio , humilitatem simul disceres , & magnanimitatem : & ut per sensus exterius eius opera videns , intellectu interius illius sapientiam perspiceres. Præterea cum exteriora instabilia sint , & caduca : missus est homo , ab exterioribus ad interiora redire , nec ibi morari , sed ab interioribus ad superna ascendere : ideo vñ miseræ animæ quæ bonis exterioribus delectata , ibi requievit , nec altius voluit evolare. Vita animæ eiusque sanctitas , nulla alia quām Deus est , quamdiu eo amore orbus existis (sæcularibus rebus intentus) non vivere potes , aut quiescere , quin potius desideriis æstuas ac fluctuas : absque amore nemo esse potest , ideo non quiescis , quòd verum amorem invenire non valeas

Si perfete nossetes mentis tuæ decorum ac
pulchritudinem, quamque omnium visibi-
lium pulchritudinem excedat, erubescen-
dum tibi esset; si crederes visibile aliquod
dignum esse amore tuo: nunc autem cum
faciem & vultus tui interni speciem inspice-
re nequeas, admiranda tibi videntur exter-
na: imagines namque ab imperfecto opifi-
ce depictas, ille admiratur, cui peritissimi
pictoris absolutissimas videre tabulas num-
quam licuit. Vx tibi miserrime, qui tibi
tantam facis iniuriari, amore tuo indigne
diligens, & amorem tuum sublime donum,
quilibet fragili rei prostituens, cumque amo-
ris ardore æstues, ignescas, fomenta quæ-
pens materię illi ardorem amoris apponis,
quæ fumum, & fœtorem, non lucidam flâ-
niam producere possit: unde cum amoris
natura ea sit, amantem in amatum trans-
formare, is plene efficeris, quale est illud
quodamas. Igitur anima cum sis pulchra,
pulcherissimū diligito sponsum, qui te prior
dilexit: tu ab illo visa, eum nondum vi-
disti, quem si semel vidisses, nil esset ju-
cundius quam illum diligere.

Kabes præterea ab eo primā amoris arrham
nempe universum totum in tuī obsequium
conditum, omnia servituti tuæ devota sunt
at id gignuntur: ob id assidue conservantur
donum patet, largitor occultus est, benefi-
cium accipis, auctorē non nosti: vilitatis
tuæ hoc certissimum est argumentum, mun-
dum tibi ded tam tibi servientem, ac ob id
amore tuo indignum, in amoris tui socie-
tatem indigne recipere. Quid inquam totū
mundum, immo & minimam ipsius parti-

culam (ut aurum aut unius mulierculæ car-
nem vilissimam (nec specie pulchram, nec
utilitate necessariam, nec quantitate mag-
nam. Nam si Deum tempore alium rerum
causa diligis, iniurias illi es / ut inquit
August. de civit. Dei) contumeliosus enim
est Deo is amor, quia propter quod unus
quodque tale, & illud magis. Id namque
est uti Deo, & frui creatura. Quod vilius
quam pluris facere dantis munera, quam
datorem ipsum? Plus munusculum atten-
dere, quam dantis affectum? Quomodo
dignus Deo esse poterit, qui illum non
propter se, sed propter alia diligit? Si fe-
mina pulchra quam ardenter amares, ple-
ne intelligeret, non propter se diligi, sed
alicuius externæ rei, ut divitiarum causa
nonne iure tibi redderetur infesta? Dedit
Dominus multa communiter in genere de-
dit multa specialiter, multa singulariter;
communia, ut astra, clementa: quod au-
tem hæc non tibi soli, sed alii tecum con-
tulerit, id fecisse solaminis tui causa, cre-
dito: nam si solus in mundo es, quo ac-
to mundo frui potnisses? Hæc igitur com-
munia gratissimo animo recipe, & gratiori
quam si solus acciperes, cum id fererit, ut
inde tibi maior accrescere posset voluptas.
Numquid paterfamilias multis prædiis &
divitiis affluens, solus panem suum come-
dit, vinum suum bibit? vestimentis suis
utitur? aut igne suo calefit? aut solus ha-
bitat domi tuę? Hęc tamen omnia eius dicū-
tur: totus ergo mundus suis distinctus vici-
bus: tuus est, licet tecum servirui, scilicet
umenta & homines eo potiantur. Multa

etiam specialiter tribuit cum aliis hominibus.

Sed fortasse obstas diens, quam plurima mihi data, scelētis etiam atque improbis impertiri solet. Attende malos bonorum causa conservari, quemadmodum iumenta propter usum hominum. Omnis

Augusti. enim malus (inquit Augustinus) aut ideo vivit, ut corripiatur, aut ut per illum bonus exerceatur. unde inferto malos tuæ utilitatis causa permitti. Datur etiam tibi materia gratiarum actionis. cum alios per vitiorum abrupta in præceps ire, te vero in salutis statu manere videas. Si bona huius saeculi non essent communia utrisque, sed solis bonis propria, qui fieri posset, ut boni crederent sibi longe altiora bona servari? Societatem ergo malorum, ad exercitium, bonorum vero ad solamen tibi datam existima: quorum in virtute progressibus tamquam propriis delectatus, suavissimum charitatis gaudium comparabis. Spiritualis namque amor tunc unicuique singulariter fit magis proprius, quando pluribus est communis, nec plurium participatione minuitur, cuius fructus unus & idem, totus in singulis reperitur: ac per hoc etiam singulariter diligeris à Deo, quia nihil sine te diligit, neque maiorem dilectionis affectum singulis impenderet si absque singulorum participatione singulos amaret. Nihil ergo de privilegio singularis amoris tui; bonorum societas præerit: amator enim tuus in omnibus, ut dictum est, te diligit, quia nihil sine te diligit. Omnes ergo Deus unice diligit: quod cum ita sit, equum est, ut omnes in uno quasi unum se diligent, ut sic unius dilec-

tione unum fiant.

Singularia etiam tibi contulit, ut Paulo Apostolatum in Gentibus, Ioanni privilegium amoris: sic tu quod praे omnibus malis electus, atque etiam praे multis fortasse bonis dilectus, memineris gratias agere. Reputa quot generationes ab ipsis mundi initio perierint, cum tu tamen ad gratiam vocatus fueris. Quid pro his Domino retribues? Nil aliud, preter amorem à te exigit. Hinc sane constare poterit, quanta sit amoris vis: cum inter omnes animæ affectus solus is sit, quo homo Deo plene valeat respondere. Nam si Deus mihi irascatur, nequeo vici sum irasci, sed pavere oportebit: si arguit, non licet redarguere: si imperat, patere necesse est: si vero amat, ego etiam amore respondere potero, cum ipse nil aliud à me, quam ut ametur, exigere solitus sit. Ideo enim amat ut ametur: novit namque nos aliter quam amando, beatos esse non posse.

Illud maxime mirandum, quod nos licet putredo simus & vermes, dignos amore suo reddiderit. & hoc a deo gratis, ut prius ipse diligeret, quam diligi potuisset: attende etiam quod si forte amando gratiam referre negligis, miserior efficeris, quam es, si ni il receperiles, neque esse. Si cupis perfecte intelligere, quanti tibi faciendus ipse sis, repele, & tecum meditare immensam pretii magnitudinem proteologi. nempe ipso Christi sanguine redemptus es: dignitatem tuam ex emporis excellentia, & pretii dati merire, quare merito erubescas, si tantam nobilitatem ac

110 SECUNDA PARS.

dignitatem vitii maculaveris. Si cogitas quod faciliter factus es , cogita etiam quod difficiliter refectus sis. Quid ergo retribues pulvis , etiam si te totum in amorem collegeris , si penitus amore exarseris ? Quid retribues divinæ illi maiestati , in amore te prævenienti ? Quod crearis me Domine debeo me totum tibi : quod me redemeris, debeo plusquam me ipsum , & si millies me dare possem , quid ego ad te , qui te mihi dedisti . Quæ poterit esse recompensatio , Nullibi clarius . quam in vulneribus , eluxerunt divitiæ gloriose Deitatis : ibi eluxit quam suavis & mitis . & multæ misericordiæ. Attende beneficium tibi gratis collatum , scilicet fini huius sanguinis præatio, tot millibus ab initio mundi , à tanto exclusis beneficio : quodque multos coætaneos tuos relinques in ignorantia tenebris , tibi contulit divinæ sapientiæ lumen , dedit tibi sensum capacem , intellectum facilem , memoriam tenacem linguam disertam doctrinam suadibilem , efficaciam in opere , gratiam in conversatione , prosectorum in studiis , effectum in conceptibus , solamen in adversis , cautelam in secundis. Quando à via aberrasti recta , deduxit te : quando ignorasti , docuit te : cum errasti corripiuit te , quando contristabaris , consolatus est te cum cecidisti etexit te: cum denique statisti tenuit te , ita de salute tua sollicitus , circa tui custodiapi occupatus , ut videretur

COMPENDII. III

aliorum omnium oblitus . & tibi soli vacare voluisse. Ex divo Bonaventura amatorio.

CVR DOCTIORES , SÆ-
*pius contemplationis dulcedinem
minus gustent : Tres ad contempla-
tionem gradus Cap. X V.*

Sæpe solet aliquis in quotidiano sermone multa de melle narrare , quod quam plurima de eius natura apvd auctores legit , cum tamen mellis dulcedinem numquam degustaverit : ita & quidam Theologij non pauca de contemplatione loquuntur quibus ad eam pervenire numquam licuerit. Similes hos ego censeo medicis , qui licet de ægritudine loquantur , eiusque causas longe melius quam ægroti ipsi intelligent , dolores tamen quos ipse morbus secum affert , numquam experti sunt. Si quis querat de Theologis , cur non degustent contemplationis dulcedinem , uno verbo dicam ; non ingrediuntur ad eam per ostium à Paulo ostensum , dicente : Si quis inter vos videtur sapiens esse , stultus fiat ut sit sapiens , id est , humiliet se , stultū se reputās respectu divinæ sapientiæ myticæ.

Testatur Guilhermus nullo divino opere posse ad Dei ipsius suæq. bonitatis cognitionem proprius accedere , & celerius pervenire , quam contemplationis delectatione : ideo

112 SECUNDA PARS.

implex melius Deum cognoscit contemplatione & amore, quam doctissimus Theologus subtili dumtaxat speculacione. Finis namque vitæ contemplativæ, non est scire, aut novas veritates acquirere, sed Deum ardenter diligere, & quām suavis sit degustare: quæ degustatio merito cognitio dicitur, & maxima quidem, sed arcana: à solo enim habente percipitur, nec verbis, aut doctrina explicari potest.

Dicit præterea, non omnes esse aptos vitæ contemplativæ. Sunt enim quidam tam clerici, quām laici adeo duræ naturæ, tamque ineptæ ad superandas hostiles rationes, ut in perfectione contemplationis adipiscenda, operam frustra consumant: quare oportet hos assidue in vita activæ laboribus detineri. Sunt vero alij adeo mitis naturæ, ut ipsam active vivendi rationem grave onus existimant, atque mirum in modum ea crucientur, in contemplatione vero facillime proficiant: immo sunt quidam tam ordinatæ tranquillæque naturæ, aut etiam ex dono sp̄cialis gratiæ, majores unius diei spatio, progressus in ea facientes, quām reliquis per semestre licet spatium. Assignat etiam idem tres gradus quibus ad contemplationem certissime possis ascendere: *Primus*, Amara contritio. *Secundus*, otium seu solitudo. *Tertius*: fortis & constans perseverantia. Ex Bernard. *Homilia quadā super Cantica*: Lamentata ergo præterita vita, devictisque pravis consuetudinibus, solitudini vacandum est, ad loquendum cum Deo. Nam sicut Moyses cum Deo loqui volens, obscuram ingredie-

D. Ber.

batur nubem , ne aliquid ex terrenis aspi-
ceret : ita contemplatus , caliginem de-
bet intrare , ubi externa & ad s̄eculum per-
tinentia , videre , aut percipere nequeat .
Ut autem plene intelligas , qua via sit in-
cedendum : sic habeto , vitæ huius contem-
plativæ scopum esse , ita te erga Deum af-
flectuose gerere , qualiter humano amore
vehementer captus , habet ad rem dilectam .
Hic enim languet amatæ rei desiderio , at-
que in ea ita intellectu absorbetur , & sensi-
bus , ut nil aliud diu , noctuq[ue] valeat co-
gitare , atque etiam (si opus sit) omni pu-
dore deposito , nil illum prohibet , aut re-
tinet , non labor , non vexatio , non peri-
cula , non minæ , non preces , non amico-
rum consilia , ab incepto retardant , aut tem-
morantur : dormiens , de amata re somniat ;
vigilans , nil aliud loqui vel audire curat .
Amens denique redditur & fatuus , atque
omne aliud huius vitæ bonum vel futuræ
obliviscitur : si de paradiſo cum eo loquaris ,
fabulam narrare te credit : omnia exequi
decretum habet , dummodo optata re potiri
liceat . Sic ardens divino amore , pariter
huic assimilatur , negligit vituperia , per-
secutiones non curat , reliqua omnia , præ-
ter Deum somnia & fabulas existimat . Hic
igitur scopus est , quò properare decet .

In primo gradu predicto solet obiici
non parua difficultas : nam quemadmo-
dum laboriosi est operis , arborem diu ali-
cubi plantatam radicitus evellere , ut alibi
plantari possit : ita difficillimum haberis so-
let , animum terrenæ vitæ diu assuetum , ad
spiritualis vitæ normam redigi . Primus

hic gradus totus est ater fumus, parum vel
nil habet ignis lucidi. Secundus ignem
cum fumo mixtum possidet. Tertius igne
lucet purissimo. Difficillimum quippe est,
carnali vita ad spiritualem transire: ideo
licet quamplurimi eniti incipiunt, cito ta-
men victi labore, ad consuetudines suas
pristinas dilabuntur. Quidam sunt qui in
hac vita mutatione intestinum secum bel-
lum gerunt: saepe cadunt, saepe surgunt:
saepe fugiunt, saepe revertuntur: saepe des-
perant pervenire posse quo tendunt: saepe
resumptis viribus, itineri se rursus accin-
gunt: saepe intra se dicentes, sufficit nobis
more aliorum vivere, languescunt, nec ad
altiora tendere pergunt, saepe propriam re-
piditatem arguentes parato ad viam animo
progrederiuntur: quo sit, ut in se ipsis durissi-
mum patiantur conflictum. Pugnat enim
carnalis voluntas, cum spirituali: mundanus & saecularis amor, cum divino & ca-
lesti: sed cum saecularis amor adhuc fortior
sit & potentior, validissime pro retinenda
domo propria, iam inde ab infantia posses-
sa, pugnare nititur: sed Dei gratia praesens, & firma ad summa volandi, constan-
tissimaque voluntas, omnia superant. Nam
laborante homine debilitatur duellum hoc,
eiisque Victoria ad partes spiritus declina-
te incipit: jam non intime dolet carere
humano amore, licet divini amoris dulce-
dinem nondum sentiat,

Est enim medius inter utrumque statum,
nec mundo omnino mortuus, nec plene
Deo vivens: & in hac statuis conditione
incipit degustare secundum huius scholæ

gradum solitudinem scilicet, & silentium. Iamque intra se manens, solus esse cupit, quod prius absque evidenti periculo non audebat, mox namque à pessimis vitæ præteritæ cogitationibus infestabatur: iam ad perfectionis contemplationem ascendere nicitur, avertens spiritus vultum à sensibilius, & ad spiritualia converfus, percipit quām caduca omnia & fragilia sint, nil esse in sæculo in quo possit quiescere, aut unde consolationem petere, nisi à Deo qui summum est bonum. Secretam autem solitudinem, non corporalem dico, sed spiritualem, quæ in omnium sacerdotium curarum exclusione consistit, alioqui homo corpore dumtaxat solitarius, durissimam sui ipsius patietur societatem: nam phantasmatum subeuntium multitudinem patietur, ita scetur, succensabit absentibus, maximas se alioqui finget dignitates, & quamplurimis fatuitatibus infestabitur. Conducit tamen inchoantibus solitudo exterior, ad interiorem alsequendam: non enim liberum illis est se intra se colligere, si plurimum sunt societate coiuncti. Regula circa locum observanda tradi non potest, quodam enim ad contemplationem trahit nemus, alios movet campus, alios excitat Ecclesia, vel cella sua, alios mutatione loci recreat: quapropter querat quisque locum quem dono à Deo sibi dato aptiorem esse cognoverit, & præ omnibus diligentius imē studeat introversionis habitum comparare, tam in solitudine, quām in platea.

Quoad corporis situm docet Guilhelmus Parisiensis, debitam corporis ordinationem

non parum ad formam contemplationis conducere, ideò unusquisque eam eligat, quam potissimum expedire intellexerit, sive flexis genibus, sive sedens, sive stans, sive jacens. Consulit tamen, ut is sit, si possit, in sinistrum declinans latus, aut sedeat, in cœlum erecto vultu. Sunt tamen quidam tam mobilis naturæ / ob spiritus levitatem & mobilitatem / ut molestissimè ferant absque societate manere, aut loco in uno quiescere : quod si faciant, mox variis tentantur vitiis, fiuntque tristes, morosi, & iracundi : hi ad activam vitam mitendi sunt, nisi longo laboris usu, & Dei munere gratuito seipso vincere valeant. Nam sicut oculi corporei quamvis in visus officio exercendo minus laborent, ceteris tamen membris laboriosè munus suum per-agentibus, subtiliores habentur : ita qui in solitudine contemplationis vivunt, longè utiliores sunt aliquando his qui in vita activa methodo detenti sunt, suis enim præstantissimis orationibus, & sibi & aliis misericordie prosum. Quapropter si aliquis Spiritus sancti instinctu, se ad vitam contemplativam sectandam primum sentiat, & commotum, hic non solum absque crimine, verum etiam magna cum laude, abrenunciare vita poterit activæ, non parum mercedis ex ea commutatione recepturus. Excepio tamen si à Prælato ad publicum munus exercendum compellatur, vel ultimæ aut urgentis necessitatis casus occurreret: urgentem necessitatem dicimus, quando verissimiliter aliqui perire poterunt, nisi eis auxilietur. Ad Religiosos præcipue &

Ecclesiasticos pertinet , hanc contemplationis vitam sectari , ad hoc maximè instituta est eorum vocatio : culpandus namque merito esset regius coetus , qui ad cubicula- ri regij munus accersitus , vile magisterium culinæ nollet abjicere : ita culpandi iure sunt cæci mortales , qui terrena mente & affectu non transcendentes in eo summum perfectionis culmen collocent , si proximis in laboribus exterioribus auxilientur. O bone Deus & misericors , mirandum quippe est , ex tot mortalibus tam paucos inveniri , qui in unitate & spiritu simplicitate adhærere velint , fugiantque procellosum hoc mare ; innumerabilibus curis , vanis phantasias & imaginationibus turbulentissimum. Veræ contemplationis vigor adeo violentus est , ut vanas fantasias extinguat , aut certè si penitus non cessent , nil tamen noceant contemplationis vigori , & amoris unitivi ardentissimo fervori.

Incipientium conditio similis est hiemali tempori , in quo plurimum frigoris & obscuritatis experimur : proficientium vero verno tempori assimilari potest , in quo aliquando frigemus , aliquando vero calescimus : perfectorum autem conditio æstivali tempori meritò confertur , in quo assiduus est calor & aer purissimus. Ideo paucos reperias , qui ad sublimem contemplationis arcem pertingant : nam cum modicum lapidosi montis ascendant , & aliquantulum molestiae in ascensu sentiant , animo labuntur , nec ulterius progredi volunt : quo sit , ut sæpe retrocedant , vel ad ima descendant , & si libeat rursus iter capes-

sere , denuo incipient , cum tamen oporteat
semper ab eo loco quò perventum sit , ultra
procedere . Quidam sunt , qui altissimum
montis cacumen uno saltu velinr obtainere .
Alii vero oneribus impositis , id est terrenis
occupationibus minime necessariis , ascen-
dere nituntur . Alii volitantium muscarum
(id est vagantium cogitationum) incur-
sum pertæsi , incepsum iter relinquunt , cum
tamen eas viriliter abigere expediret . Alij ,
quod gravius est , muscas ipsas sequuntur ,
habent enim cor adeo leue , ut quæcum-
que licet minima res illud suo loco possit
auferre . Alii infernaliū canum latratu
audito torrentur , id est quacumque oblata
tentatione lassescunt , cum tamen despec-
tis canibus , eorumque latratu concitè pro-
gredi deceat . Alii cum parum altius cæteris
iugum montis ascenderint , reliquos infra-
morates aspernatuer . quapropter sæpe à Deo
relinquuntur , ut inde labentes se se cognos-
cāt . Alii sola ducti curiositate , montē hunc
ascendere volunt , ut si incidat sermo , di-
cere possint se ibi iam fuisse : aut ut mon-
tis secreta inquirant : aut forsitan sola loci
amoenitate & delectatione commoti , non
autem ut Deo placeant : quare hi cito au-
xilio Domini destituvntur . Alii volunt in
via ductorem præcedere suum id est , citius
quam Deo placitum sit pervenire , nolen-
tes humiliter gratiam Dei expectare . Alii
gratia ad ascensum compellante , ad alias
occupationes transeunt , quasi gratiæ dicant
mane paululum , expectans donec veniam
quæ tamen si recesserit , recuperari non po-
test . Alii nimium , & ultra quam satis est ,

sibi freti nolunt eos de ascensu interrogare
quibus iam licuit ad montis fastigium per-
venire eaque de causa in errorem inciden-
ses, à via declinant. Alii de via hac multa
speculative scire expetunt, de ea assidue
loqui, semper de ea sermonem miscere, ea
tamen incedere negligunt: similes certè il-
lis, qui alios ad bellum in ipso pugnæ con-
flictu hortantur, cum tamen ipsi manum
non mittant ad gladium. Alii quotidie
montis huius itinera mutantes, modo hac
modo illac ingrediuntur, quærentes faci-
liori & gratiori via incedere, quo fit ut nil
proficiant. Alii iter agentes, si à rebus in-
ferioribus avocentur, idest, ad aliquod
negotium, aut alicuius colloquium quod
sine crimine nequeat prætermitti, ibi
mox mentem figentes, incæpti itineris
obliviscuntur: ideo oportet eum qui ascen-
dere velit, numquam se totum negotio ali-
cui externo tradere. Hæc, & alia multa so-
lent esse huius itineris impedimenta. Sub-
iungit etiam Gerson, eum qui extra cho-
rum in secreto suo non se meditationi, &
contemplationi assuefecerit, per sola chori
exercitia, vix ad perfectionem pervenire
posse. Ex Gersone de monte contempla-
tionis.

Via ad contemplationem optimam, meditatio passionis Christi. Existimet se homo mendicum, & reum. S. I.

LIcer variæ sint exercitationes, quibus ad contemplationis perfectionem scandere possumus, tamen via optimam & commodissima hæc est: nempe diligentissima totius vitæ Christi meditatio, præsertim factatissimæ passionis. Laudat Gerson murum in modum exercitationem, qua Guillelmus Parisiensis uti solitus erat. Monet ut homo præsentet se Deo ac civibus cœlestibus, quasi mendicum, egenum, cœcum, & lacerum, tunc à ditissimis singulis humiliter postulet suffragiorum eleemosynam, demum à Deo ipso: multi enim hac exercitatio assidue usi, ad exoptatum finem pervenere, nempe ad cogitationum & affectionum suarum mortificationem, & re ipsa experti sunt Christi promissum, qui pollicitus est ostium aperire perseveranter pulsanti. Fatetur tamen se aliquando per trium vel quatuor horarum spatium huic orationi cum magna phantasiarum pugna instare solitum. Inter miserias eo temporis cogitandas, atque illis divitibus offerendas, præsentetur mors imminens: & alloquere sic animam tuam: O anima mea: si intra unius horæ spatium separari iubereris à corpore, & adesse in iudicio coram Deo, quid dices? Quod tunc fecisse velles, nunc facito: cum nescias, an facere vacabit.

Falluntur maxime, qui meditationi aut orationi nolunt incumbere, nisi se intima devotione affectos sentiant, similes illis qui cum frigoris rigore crucientur, focum parari non curant, nisi prius calefiant: ita hi opinantur se tempus frustra terere, nisi mox ad orationem accedentes, cælesti devotionis imbre irrigentur: cum tamen ea pectoris ariditate plus meriti acquirant, quam si devotione & mentali devotione potirentur: majori enim labore, ac propriis (ut ita dicam) expensis Deo serviunt. Non ergo inde surgat ad alia ministeria, sed diu sedens, licet aridus, ibi maneat, nam in fine ariditatis forte videbit ex ea mirabiles surgere fructus: quod si secus eveniat, humectetur firmiter credens debitam mercedem opportuno tempori reservari. Illud summopere cavendum est, ne propria delectationis causa, consolationem expectat spiritualem: sed eam desiderabit, ut ardenterius Deo uniatur, ut gratius ad illum se possit convertere.

Similitudo superius dicta de mendico ostiatim petente aptissima existimari debet: quod ut perspicuum sit: meditare singulariter mendicorum proprietates, & aperte videbis quam opportuna sit ad spirituales questus: hac enim similitudine utebatur David, nunc se infirmum, nunc orphnum, nunc cecum, nunc egenum dicens: & similia. Videto hos mendicos, claudos, tumentes: algores, æstus, inedias, pluviam & ventorum iniurias ferentes. Vide quanta patientia unius diei spatio, si ita opus sit, eleemosynam, licet patuam, ad

ostium expectent, quam etiam aliquando non accipiunt: & si forte locum vel domum sciant, ubi certa donetur eleemosyna, qua celeritate ac fervore illuc prope- rantes convolent, ne si morentur, audiant: Ite, eleemosyna iam clargita est: sic negli- gentes opportuni ad orandum temporis oc- casionem, & inutilibus se rebus tradentes, patiuntur à Deo repulsam. Item hi mendi- ci, de quibus dictum est, studiose oportu- niora loca ad accipiendam eleemosynam captare solent, utpote loca sacra, ianuas, dixitum piorum, ubicumque eos habitare audiunt: reliquas similitudinis adaptatio- nes per te disquirere, & discutere poter- ris.

Assimilare etiam ô anima mea in carce- re pro crimine detentis, quibus nil est op- tabilius libertate, de nulla alia re cogitant hoc verbis & signis cupere testantur, nunc apud judicem, nunc apud patronos, nunc apud alios quorum auxilio uti volunt: non enim libet his tunc temporis iocari, ridere, aut cum sociis incarceratis petulanter age- re, sed humiliter se gerentes de solis suis calamitatibus, & qua ratione eas effugiant, sermones miscent. Sic anima in carnis car- cere detenta fædo, obscuro, molesto, cito egressura ac terribili Dei iudicio præsen- tanda, si vanis cogitationibus distrahitur: hoc ideo fit, quod misere conditionis suæ penitus sit immemor, quod in illo num- quam contingit. Si alicuius domus incen- dio absumatur, numquid de re alia poterit cogitare? Si filius familias de vita pericli- retur, poteritne pater de re alia medi-

tari. Si infantulus absit à matre , quantis vagitibus & ciulatibus compellat matrem , nec prius plorare desistit , quam mater adveniat : cur non idem facis anima mea , cum sentias cœlestem Patrem tui criminis causa procul abesse ?

CONFABULATIONES SV-

perfluæ , contemplationis impedimenta signa præsentia sponsi in anima : de hominis exterioris compositione: interioris hominis signa §. II.

LIcet liber existas à terrenarum rerum cupiditatibus , iamque oblectamenta carnis evaseris , ita ut eius concupiscentiis , non obedias , si tamen nondum potens es , corporearum similitudinum phantasmatu fugare , supra ea mentis puritate volare , ne quiescas : falleris namque , si citra prædic tam lineam , invenire te posse existimas locum quietis , secretum solitudinis , lucas serenitatem , denique habitaculum pacis : felix ille dici potuit , cui ad perfectionis culmen licuit pervenire , dicere enim poterit : *Ecce elongavi fugiens. Et convertere anima mea in requiem tuam. Et in pace in idipsum.* Bernard. § 2 sermone super Cantica : Anima quæ semel à Domino didicit ad se ipsam intrare , & quam suavis sit Dominus gustare nil tam timet quam à tanto gratiæ dono separari . Bernard. Nil plus quieti contemplationis oblitus , quam confabulationes , non solum pravæ , sed etiam superfluæ : nemo quippe ad arcem contemplationis ascendit nisi prius ad hæc fiat , sicut homo non au-

Ps. 58.

Ps. 114.

Ps. 4.

diens & non aperiens os suum. Gerson:
Animabus assuetis Dēum in quiete con-
templationis videre , familiaritas prēstat
audaciam , gustus famem. terrenorum om-
nium contemptus otium Bernard. Serm.74.

D.Ber. *Super Cant.* Ibi vero ecūde explicat quid in contemplatione sentiat . dicit se non sentire adventum Dei , quando primo animam visitat , & quando primo recedit.

D.Ber. *Ex sermone 31. super Cantica :* Tempus in quo aderat Sponsus , dicit cognovisse in exclusione duritiae cordis , in mollificatione affectus : fuga vitiorum . compressione carnalium affectuum , cognitione & redargutione occultorum , emendatione morum. Tempus autem in quo recedebat plene noscetatur : nam sicut olla ebulliens subtracto igne frigescit : ita eius discensus incipiunt interna languore quodam torpe- re , ut anima mortitiam sentiat , donec Sponsus revertatur , & affectus iterum ca- lescat. Quare devota Deo anima receden- tem Dominum debet importunis clamori- bus prosequi , dicens. Revertere dilecte mi- faciem tuam Domine requiram. Ipse enim si discedat , vult retineri : si abeat , expedit revocari: abire enim in ipso est dispensato- rium : redire vero semper voluntarium , utrumque autem plenum iudicii. *Vado , ait*

& venio ad vos : necesse quippe est nos ha- euntis , & redeuntis verbi vicissitudines pa- ti , licet moretur , expectato tamen , ve- nient enim nec fallet amantis spem , et si amanti animæ modicum illud mora longa videatur. Fatetur etiam ipse Serm. 14. quod initio suæ conversionis cum adhuc esset

corde durus, & frigidus, nec ardenter Deum diligenter, sed torpore quodam animi langueret, nec tamen ullam verni temporis amoenitatem experiretur, conferre solebat se ad colloquium, vel ad aspectum alicuius viri spiritualis & perfecti, vel si id non licet, ad defuncti, vel absentis solam memoriam flere, & percipere odorem unctionis illius sancti. Non tamen (inquit) erat illa unctio propria, sed exhalatio unctione alienæ, non enim nisi sequestro homine ad me perveniebat, delectabat odratu, sed nondum tacta: pudebat & mecum erubescet, quod adhuc Dominus per se ipsum mihi don dulcesceret, (plus enim memoria hominis, quam Dei insius commovebat (& clamabam: *Quando veniam ante faciem Dei?* ut aliquid immediate de manu eius accipiam.

Hominem tuum exteriorem sic compone: Esto vultu serenus, humilis, pudicus, verecundus in aspectu, placidus ac modestus in voce, fidelis & strenuus in opere, benignus in consuetudine, ita tamen, ut benignitas cum affabilitate coniuncta, in eam laetitiam omnino nesciat: homo enim exterior imago est interni. Cibum etiam & potum sensim & composite sumito omni immodesta aviditate seposita.

Mundus hic exterior est quasi liber dictione Dei scriptus, in quo singulæ creaturæ pro elementis habendæ sunt, quorum oportet nos vim ac significationem comprehendere: mortales externi dediti rebus, litterarum nomina ignorant, merito poterūt assimilari, cui si liber apertus offeratur,

Psal. 41.

licet litteratū figurās aspiciat , earum tamen significationem non percipit : sic stulti vi-
 sis creaturis , & in his solum mentis oculos
 figentes , quid de Deo significant , non in-
 quirunt . Vnde David : *Vir insipiens non*
 Ps. 91. *cognoscet , & stultus non intelliget hæc.* Qui
 vero internos oculos apertos habent , ac
 legere norunt , assidue toto mentis affectu
 clamant ; *Quam magnificata sunt opera tua*
Domine: omnia in sapientia fecisti. Delectasti
 Ps. 91. *me Domine in factura tua.* In quavis enim
 minima creatura , divinæ sapientiæ , po-
 tentiæ , bonitatis , ac benignitatis imago
 mire resulget . Illud præcipue velim cures ,
 ut cum aliquid solatii ex creatura acceperis
 in cibo , aut potu , aut opere alio placide
 ad tanti Domini bonitatem intuerendas ,
 qui tibi illa & alia tam mirabili artificio
 paraverit , rapi patiaris . Stude ergo exte-
 riora omnia conspicere , tamquam invisi-
 bilium rerum imagines .

Illud præterea moneo : lingua omnī
 tempore compescito , contentiones fugito ,
 nil obstinate affirmes , aut neges , nisi fidei
 causa aut animarum salus exigere videatur .
 Satius enim est , ut oportune cedens , paci-
 tuę consulas & conscientiæ , quam impor-
 tune clamitans , & disceptans , interiora tua
 conturbes . Cum aliquis à te sit corripien-
 dus , quamdiu res lenitatem admiserit hor-
 tutu potius & admonitione , quam incre-
 patione , consulito . si disciplinæ rigore
 utendum sit , vide ut sine felle sevias , non
 furore , non propria causa , sed Dei amore
 & salutis animarum ardente zelo , ad seve-
 riorem correctionem rapiatis . Erga quem-

cumque hominem , dulcissimum affectum
anterius servato . at si forte senseris , gra-
vius quam decet , ira commotum , differto
correctionem , donec furor ille eferbeat :
vel certe paucula tunc temporis verba , tibi
ipsi vim inferens , absque in petu loquitor.
Nemini signum alicuius erga eum minus
sinceræ affectionis offendas , licet ab eo sis-
t̄esus : si in te aduersus fratrem animi aliena-
tio suboritur , mox eam præfoca : si vero
nequeas illam extinguere , ratione lenito.
Si tamen fratris tui criminē , Deus offendit
tūt , familiaritatem cum delinquentे
contractam , omnino dissimula , ut ipse te
ammutatum conspiciens , facilius resipiscat
& peccato suo agnito , cito corrigatur.
Cum autem videris ea quæ apertam Dei
offensionem non continent , bonum consu-
lere , & in meliorem partem interpretari ,
consil est : si vero intempestive sinistra se ,
ingerat suspicio . ne mente illi consenseris
sed pro viribus obluctare. Miserrimus nam-
que is habendus est ; & vix interna frui
pace poterit , qui facile de alii sinistres iu-
dicat. Quod si æquitas delicta punire co-
gat subdit , ita per manu utitor charitate ,
ut illius peccata impunita non relinquens ,
eius tamen in ipso severitatis actu misereri
videaris , ipsum peccantem tibi præferens ,
apud te pie excusato. Memineris quam
fragilis & ad lapsum proclivis sit humana
conditio , & cœlera quæ delinquentis ne-
gligentiam elevate poterunt : ad te ipsum
oculos reflectens peccata tua in memoriam
adducito ; & meditare , gravius corruec-
potuisse , si illa te invaseret tentatio. De-

nullius salute umquam desperes. Invidi-
pestem omni studio superare contendere:
in aliquem sublimiora gratiarum dona
collata videas, quām tu acceperis, non ob-
id illi invideas: immo potius humiliter
Spiritus sancti dona in eo venerare, gaude,
& gratias Deo pro alterius beneficiis agi-
to: sic enim fiet, ut aliena merita tua sint;
& de alterius bonis communices. Ne do-
leas, quod alii perfecti sint, sed quoddad
perfectionem tibi non licuerit pervenisse.
Nam licet imperfectus sis, si tamen toto
animi studio ad perfectionem contendis,
desiderans bonum opus perficere, tametsi
nequeas, is voluntatis actus pro ipso opere
a Deo recipitur. Pax ergo est omnibus ho-
minibus bona voluntatis, & omni habenti,
licet modicum, merces debita redditur.
Habet enim Dominus magnos ac parvos
filios, & licet nunc imperfectus sis, facile
ut perfectus es, efficeret, si tuę salutē
expediret, ut illas vitiorum ac naturalium
affectionum rubigines, quas nec lima fer-
rea vales eradere, levissimo flatu procul
ex pelleres.

Quod si Dominus forte vult te in hoc
sæculo gravi exerceri certamine, efforato
que animi motus, (ut iram, concupiscen-
tiā, & tristitiam) usque ad mortem per-
ferre, nequaquam mente consterneris, sed
plenus fidei, eius manum patienter sustine,
& beneplacitum hilariter amplectere. Si
ipsa corporis compleione efficiente, nulli
animi lœtitia, aut tranquillitate potis,
sed ad tristitiam & perturbationes alias
proclivis existis, æquo animo patere, nō

sic & efficacius à peccatis purgaberis, & sublimiorem tibi coronam parabis. Nam qui internarum affectionum strepitus raro perfert, absque labore tranquillitate potitur, & facile hilaris ille est, cui maiores tenebræ raro molestæ sunt. Qui vero his irruentibus sedulo oblitus est, ac contra nititur, meriti coronam non parum auget. Facile præterea sobrius est, quem raro ingluvies sollicitat: facile purus, cuius animum carnis stimulus raro affigit. Stude igitur pro viribus passiones proprias sedare, affectiones tuas opprimere, quære, pete, pulsa: Dominum enim habes maximam laboris & desiderij tui rationem habitudinum. Sæpe namque gratori in illius conspectu est studii nostri fervor, quo ad virtutem enitimus, quam ipsa virtutis suavitas, quam percipimus: pretiosa est certe coram ipso imperfectionis nostræ humilis cognitio.

Si quis querat, quæ sint signa hominis iam interni, & intra se manentis: tria esse respondemus: *Primum*, si intellectus iam ex se non emitat cogitationes alias, nisi quas fidei lumen excitat, & voluntas longo usu excitata non producat actus amandi, nisi erga Deum, vel relative ad Deum. *Secundum*, si cum primum reliquerit occupationi externam, cui insisteret, mox intellectus & voluntas in Deum facillime convertantur: sicut lapis remoto obstaculo, in terrum suæ quietis descendere properat. *Tertium*, si finita oratione ita exteriorum omnium obliviscitur, ac si illa numquam vidisset, aut tractasset, & ita se erga externa gerit, quasi denuo mundum ingredia-

tur, & denuo metuit configere cum negotiis exterioribus, ea naturaliter abhorrens, nisi charitas compelleret: talis anima à rebus omnibus externis libera, facile ad se intrat, ubi solum Deum vider, & se in Deo, atque frequenter fervidis actibus amandi unitivis insistit.

Hæc autem fervens dilectio sex gignit effectus, ut scribunt Sancti. Primus dicitur illuminatio, id est, quædam sapida ac experimentalis Dei, ac propriæ nihilitatis cogitatio. & cognitio. Secundus, inflammatio. Tertius, suavitas, seu delectatio. Quartus, ardentissimum desiderium possidendi bona Divina. Quintus, satietas, sic enim satiatur anima illo Dei adventu, ut nil aliud velit, aut cupiat. Sextus, raptus seu mira elevatio animæ in Deum: in qua explicari nequit quid tunc anima de Deo sentiat. Hos effectus prædictos sequuntur alij duo; scilicet, securitas, qua nil anima timet pati propter Deum, & qua certissime confidit se numquam ab eo separandam: & plena quies, cum nil sit, quod pavorem inferre valeat, & hoc dicitur pax exuperans omnem sensum. Hic est Domini paradiſus ad quem ascendere possumus in terra existentes, licet inter homines corpore versemur. Ne tamen credas ad hanc felicitatem perveniri posse nisi prius purgat animo.

Et si quæras quo pacto cognoscere quis possit, se ad eam purgationem aut purgationis terminum pervenisse, responderet B. Thomas in quodam opusculo: Si in se tu perspiciat, strenuitatem, severitatem, benignitatem. Est autem strenuitas, quædam animi

gligentiam, qua homo disponitur ad bona opera omnia, confidenter, vigilanter atque eleganter perficienda. Severitas, est animi fortitudo adversus concupiscentias, illas restringens, & unā secum afferens ardentem asperitatis, vilitatis, & paupertatis amorem. Benignitas, est dulcedo animi expellens omnem rancorem, iracundiam, invidiam, austerioritatem, amaritudinem, obdurationem erga proximum. Prius oportet (inquit Isidorus) animam purgari à fęcibus terrenarum affectionum, quām possit simpliciter, ac pure in Deum tendere. Sicut enim peculiare ac proprium est igni, seclusis impedimentis, sursum ascendere, & proprium locum petere: ita animae pravatum affectionum pondere solutae, in Deum, qui locus est ipsis proprius, elevari solent. In his diobus, quæ diximus, præcipue ad spiritualem perfectionem requiri, nempe mortificationem & intellec-tus illuminationem, affectusque per actuum amorem inflammationem, ordo est maxime servandus: multi enim in progressu, quod ordinem non servent, falluntur. Nam quidam ardenter ad secundum anhe-lantes, spiritualibus exercitijs sanctarum meditationum, & aspirationum frequenter incumbunt: primum, scilicet, mortificatio-ne parum, aut nil curantes: inde fit ut pauci, quos vere spirituales dicere possis, inveniantur: quamvis plurimi sint, qui spi-ritualibus exercitationibus perseveranter insistant.

Isidor.

Gradus septem, quibus ad contemplationem ascenditur. §. III.

VBertinus assignat septē gradus, quibus possimus ad contemplationē, unitivumq. amorē ascendere, qui sunt: *gustus, desideria, satietas, ebrietas, securitas, tranquillitas, septimi vero non ē soli Deo innotescere dicit.*

Primus ergo merito vocatur *gustus*, quod in gustū mutatione consistat: peccatoribus enim qui carnales tantū novere gustus, di-

Psal. 33. citur: *Gustate, & videte, quām suavis est Dominus, immutare guttus, nec existimetis cælestes sapores aliud, quām à Deo provenire posse. Ideo Dominus incipientibus solet spiritus consolationes imprimi, quod sciat infirmam ac fragilem animam vix posse, nisi prævio gustu, ad divina evolare. Animam in hoc primo gradu vacet compunctionibus, macerationibus, meditationibus quatuor vita novissimorum, ac passionis Christi: præsertim mortificationibus ac eradicationibus malorum cogitationum & consuetudinum, ut in Deum libere trânsire valeat, quod non sine maximi fit conatu: *Regnum enim cælorum vim patitur, & violenti et piunt illud, non autem pusilli animes & delitosi.**

Math.
11.

Secundus, quia divina, quo plus gustatur, plus appeti solent, iteo gustū consequatur desideria magis ac magis fr. endi Deo, cum exteriorum rerum omnium sapporem cum tedium respuat. Ex his desideriis tuborūtū studium non solum meditandi, sed etiam Christi vitam imitandi, & ardor per illum ircedendi, qui dixit. *Ego sum via. Palius autem quibus debes incedere, hi*

Ioan.
14.

sunt : humilitas , mansuetudo , patientia , charitas , oratio , eius crux , & labores .

Tertius , satietas quando anima eo per-
venit , ut quæ mundana sunt , abstinetur ,
& intime oderit : mox enim quiescit ani-
ma , & solo divino amore satiatur , re nam-
que ipsa experitur , nullibi posse , nisi in
Deo plene satiari .

Quartus , ebrietas , quæ est quædam exta-
sis , & mentalis excessus , ex prædicta di-
vini amoris satietate procedens , quæ nul-
larum imaginationum , aut phantasm aum:
aqua miscetur , à quibus difficilime abstra-
himur , nisi Dominus ipse manu ducat ani-
mam , atque eam in secretum suum cubiculū
(id est in se) intromittat , & recipiat , sensibus
foras dimissis , & eorum muneribus suspēsis .

Quintus , securitas timorem excludens
guitata enim divinae charitatis perfectione ,
manet anima omnino renunciata , & resi-
gnata in divinum beneplacitum , ita ut ge-
hennam ferre perpetuo parata sit , si Deo
placitum esse intelligat . Experitur insuper
in seipsa quoddam strictissimum divinæ
amicitiae vinculum adeo firmum , ut separa-
ri numquai ab eo se posse existinet .

Sextus , tranquillitas , scilicet , tanta
pacis & iubilationis ubertas , ut anima qua-
si in silentio & somno supra peccatus Domini
recumbens , vivere credatur .

EXPLICANTVR PLV-
rima ex D. Bernardo in cantica ;
de visitatione verbi divini , ut spon-
si , & medici . Cap . X VI .

Bernardus trigesimi secundo sermone su-
per Cant . Verbum (inquit) quædam

visitat animas, tamquam medicus afferens
unguentia, & remedia salutaria, scilicet
minus perfectas. Alias visitat, tamquam
sponsus osculans, & amplectens, id est,
suavissime interius astringens, ineffabili
unitivi amoris dulcedine, & splendore, sci-
licet eas, quæ perfectiores existunt. Sen-
tiunt enim hæ in ipso sponsi amplexu, se to-
tas sancti amoris suavitatem deliniri, id ta-
men modico temporis spatio. Non tamen
quamvis animam huiusmodi amplexatur
sponsus, scilicet, transeunter, sed eam
dumtaxat, quam ingens dévotio, vehemens
desiderium, & prædulcis affectio sponsam
aperte probat. Ad eam enim animam, quæ
non ita sit affecta, sed actuum suorum te-
cordatione solum compuncta, non tam
quam sponsus, sed tamquam medicus, sa-
luia vulneribus remedia adhibens, in
oleo, & unguentis, non osculo & amplexi-
bus accedit. Osculis & amplexibus spon-
si, sola illa anima fructur, quæ multis vi-
gillis, & precibus, multo labore, & la-
crymarum imbre sponsum, quæsierit: & li-
cer inventus, subito, dum tenerè te existi-
mas, elabitur, si rufsum lacrymis & pre-
cibus occurras, facile comprehendisti patitur
nec tamen diu retineri vult, sed subito qua-
si è manibus evolat: tu tamen fletibus in-
fia redditum eis certissime expectans. Illud
credas velim, numquam ad te redditum,
nisi totò mentis studio discedens requi-
atur. Denique in hoc corpore potest esse de-
sponsi præsentia, frequens lætitia, non ta-
men copia: nam etsi visitatio mentem le-
giscat, absentiae vicissitudo molestiam se-

cum solet asserre.

De adventu quo Dominus quasi medicus accedit, sic ibi loquitur : An non sæpen ero id orantes experimur, quia nostris adhuc quotidie excessibus tentamus præsentibus, mordemur præteritis ? A quanta me amaritudine mentis adveniens, Iesu bone, liberasti ! Quoties post anxios fletus, post inenarrabiles gemitus, & singultus, sauciam conscientiam meam misericordiæ unctione fouisti, & letitiae olco perfudiisti ? Quoties me oratio, quem prope desperantem suscepserat, exultantem redidit, & de venia præsumventem ? Qui similiter afficiuntur, ecce hisciunt, quod vere medicus sit Dominus Iesus : qui vero experti non sunt, eidem dicentii credant : *Spiritus Domini super me, & unxit me ut mederer contritis corde.*

Luc. 4.

In eodem sermone sic scribit D Bernard. Omnis bona cogitatio à Deo immittitur, & ab ipsius gratia provenit, nulla enim earum dici potest cordis nostri proles : cordis namque nostri proles sola illa est, de qua dicit Dominus. *De corde exennt homi.* *Math.* ^{15.} *cidia, adulteria, furtæ, & similia.* Pravæ autem cogitationes à dæmone, vel eius semite nascuntur, nec unde hæ vel illæ sint, cognoscere possumus, nisi peculiari Dei gratia illuminemur. Quotiescumque igitur bona cogitamus, nil aliud facimus quam Dominum ad cor nostrum loquenter audire. Felix, ait, quippe mens iure habebitur, cui individuum verbum ubique e comitem præbet, & socium, quæ filius indesinenter suavitate oblectata, à

carnis molestijs sese vendicat , omni hora tempus redimens à diebus malis : non las-
fabitur, non molestabitur , quod Scriptura
Prov. 12 testatur , dicens : *Non contristabit iustum quidquid ei acciderit.*

*Decognitione sui , & de duplice hu-
militate. S. I.*

I Dem Serm. 34. ibi : *Si ignoras te egredere , &c. Verba sponsi ad sponsam , id est , nisi in profunda humilitate te continueris , & quæ sis , & quæ feceris , plene cognoveris , egredere à facie mea , & domo mea , Quibus verbis irati domini uti solent adversus improbos servos , id est , egredere de spiritu ad carnem , de bonis animi ad sæcularia desideria , de interna mentis requie ad mundi strepitum , & exteriorum cogitationum tumultum. Quæ enim ani- ma semel à Domino didicit ad seipsa intra- re , & in intimis suis sponsi præsentiam ex- pectare , & faciem eius semper quærente (nam cum Deus ipse spiritus sit , oportet Deum quærentes , in spiritu & non secun- dum carnem ambulare) hæc inquam animi , nec ipsius gehennæ tormenta ad tempus experiri , gravius ac horribilius duceret quam post spiritualis studij degustatam dulcedinem , denuo ad carnis illecebras vel potius molestias remeare , & sensuum inex- plebilem reperire suavitatem . Dicam ergo vere , nil esse magis timendum illi , qui semel divinum hoc beneficium accepit , quam negratia solitus ad carnis consolatio- nes denuo regredi opus habeat , & carna-*

lum iterum sensuum perferre tumultus.

Quapropter terribilis hæc comminatio habenda est: Egressus de sanctuario meo, id est, de corde tuo, ubi dulcissima contemplationis quiete potiebatis, & quasi una ex sacerdotalibus pasce hædos tuos, id est, pascendis & oblectandis carnis tuæ sensibus immorare. Væ animæ, quæ cum in crocibus nutritur, amplexata est stercora, serva facta carnis, & satisfaciens ventri, versa est denique in pecus seu iumentum: cui merito dicitur: *Abi post greges sodalium Cant. 1. tuorum, cum brutorum officium, hoc est, servire sensibus, potius elegeris. Homo enim Ps. 48. cum in honore esset, non intellexit, ideo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, nil aliud quam terrenis bonis & corporeis voluptatibus perfui curans. Ideo ipsæ bestiæ dicuntur sociæ eius animæ, & merito abire iubetur post brutorum gregem, non cum grege: deterior enim est illius conditio quam brutorum, nam ligatis manibus & pedibus in tenebras projicietur exteriores, quod brutis non accidit: atque etiam in hoc sæculo brutis merito posthabenda, cum ratione vigeat, nec tamen ratione vivat.*

Indigestus cibu & qui non absolute cōcoetus est, noxios gignere solet humores corpus non nutrit, sed potius corruptit, sic etiam multa & varia eruditio stomacho animæ (quæ memoria est) ingesta, nisi decocta sit charitatis igne, æ deinde digesta, & per artus animæ transfusa, id est, mores & actus, termina, dolores conscientiæ, ac infractiones generate poterit. Nam

138 SECUNDA PARS

Lut. 12. quoties in mentem venerit illud. *Servus noscens Domini placitum, & non faciens plagi vapulabit multis,* meminisse poteris, quo studio sensus tuos custodire debes.

D. Eer. Bernardus. serm. 36. super Cant. Spes non confundit, quia charitas certitudinem infundit, illa enim est, quæ plene testatur, nos filios Dei esse, simul & heredes. Ser. 37. ibi. Apprehende duas notitias, fuge bonas ignorantias. Notitia tui timorem Dei gignit: notitia Dei amorem ipius Dei producit: ignorantia tui gignit superbiam, quæ initium est omnis peccati, ignorantia Dei gignit desperationem, quæ omnis malitiæ est consummatio.

Bernard. serm. 42. super Cantica scribit duplicem esse humilitatem, scilicet intellectus, & affectus. Prima est, aliquando quis seipsum discutiens, ab ipsa veitate compulsus sibi in proprio iudicio vilescit, & judicat se omnium pessimum, dignumque qui ab omnibus conculceretur. Secunda est, quando affectio concordat illi iudicio, & ita illi afficitur, ut talis ab omnibus velit haberi, & iudicari, qualem ipse se iudicat. Dicit etiam secundam humilitatem solam in Christo fuisse (prima enim esse non potuit) ideo se dixit humilem corde & affectu. In nobis autem utraque debet esse nam prima absq; secunda falsa est & dolosa, nec à charitate provenient: & merito fraudulentus ille dicitur, qui aliter vult exteriorius censeri, quam se habet interius: sic

Ps. 35. enim dolose agit in conspectu Domini, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium. Poterit itam merito dici fallax, cum variis ponde-

ribus in officina sua utatur, quibusdam experiens externe ponderari, cum aliis se interne solus expendat: interius enim veritatis trutina examinatus: & pretij vilissimi se inveniens, exterius in oculis hominum majoris se vult aestimari. Sola igitur secunda humilitas virtus est, solius charitatis filia, nec eam assequi poterit, nisi qui se tota mente etiam inferioribus inclinaverit, & subiecerit. De hac dicit sponsa: *Nardus mea dedit odorem suum.* Prima enim nequit Cant. I, spargere odorem suum.

De studio proficiendi. Sponsa quietem postulat: sponsus vocat ad laborem.
Mundus spinis plenus. §. II.

Bernard. epist. 253. ad Abbatem Gariznum: Indefessum proficiendi studium, iugis conatus ad perfectionem reputatur: studere perfectioni, est esse perfectum, ac proinde nolle proficere, desicere est. Absit ut aliquis dicat, nec melior cupio fieri, nec patiar fieri peior, vivere libet, ut haec tenus vixi, & in hac vita conditione manere placet: hoc enim fieri nequit, cum celsus vita sit, in qua omnes ad bravium currimus, quod est Christus: ideo proficere est currere, & si quando proficere desinis, a cursucessas: non currere incipiens, desicere cœpisti, inde infertur, nolle proficere, nil aliud esse, quam velle desicere. Unde in scola Iacob omnes aut ascendebant, aut descendebant: & Apost. ad Philip. 3. se perfectum negans, fatetur se proficere.

140. SECUNDA PARS

Ibi dicit semper in robusto & vegeto corpore animum molliorem & tepidiorem jacere, & rursum in corpore debili & infirmino, fortiorem vigere spiritum. Bern. ser. 47. super Cant. Post bonum opus securius in contemplatione dormitur. Et tanto quisque confidentius sublimia intueri, & investigare aggreditur, quod magis sibi conscientius est, se non proprio amore quietis, charitatis operibus defuisse. Ibidem etiam scribit, in libro Canticorum passim hoc inventum: nempe sponsam semper appetere quietem contemplationis, ab sposo vero incitari ad actionis laborei. Vnde dicente illa.

Cant. 1. *Leetulus noster floridus est, ac proinde sponsum ad contemplationis quietem invitante, ipse respondet: Ego flos campi, eam suo*

Cant. 2. *exemplo ad laboris exercitium excitans, ad certamina adversus Dei hostes in hujus mundi campo suscipienda. Quasi dicat, qui me diligit, tecum, & juxta me descendat in aciem, non recusat tecum & pro me inire certamen, ut dicere possit,*

Cant. 1. *Bonum certamen certavi. Et supra dice te sponsa: Indica mihi ubi pascas, & cuh s in meridie: respondet sponsus: Equitatu*m*eo assinulavite, id est, exercitui militari fortissimo, non solum adversus carnis & mundi illecebras, sed etiam contra principes, & harum potestates tenebrarum. Dixit etiam sponsus, se lilium convallium, id est, humilium coronam, unde scriptum est:*

*Ozea.
14.* *Iustus germinabit sicut lilium: iustus, id est humilius. Dominus sece offerens a Ioanne in Iordanem baptizandus dixit, totam justitiae perfectionem in humilitate consi-*

COMPENDII. 141

stere. Et quoniam in die illa iudicij humiles exaltabuntur, & superbi humiliabuntur: ideo scriptum est: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Eodem ser. 47. ita inquit: *Sirene & reverenter divinis laudibus insistamus necesse est, non somnolenti, non oscitantes, non vocibus parcentes, non dimidia verba præcidentes, non integræ transilientes,* denique nil aliud cogitantes. *Serm. 48. Anima sancta Cant. 2.* in hoc mundo est sicut lilyum inter spinas, id est, inter temptationum tumultu & tribulationum aculeos: quæ cum his circumsepta sit, tamquam lilyum spinis undique pungentibus: videre poterit, quanta se sollicitudine debeat custodire. Non enim vel levissimam spinæ compunctionem pati potest floris teneritudo, sed quavis modica punctura perforatur: ideo monemur, ut cum timore & tremore saluti nostræ invigilemus. Totus hic mundus tribulat scater, & spinis, quæ in terra, in aere, in carne tua sunt: spina enim est falsus frater, spina vicinus malus, & inter haec absque læsione versari, non virtutis tuæ, sed divinæ potentiae est, Ipse enim dicit: *Confidite, ego Ioan. 16 vici mundum.*

Ordo charitatis langor animæ. § III.

Bernard, ser. 49. expendit loquendi modum sponsæ, quo presentem sponsum alloquitur: non enim nomine maiestatis eum compellat, sed dilectum, sponsum, & quem diligit anima mea: cum vero sponsus ab sit, & cum adolescentibus de

co loquatur, nominat illum Regem, dicens

Cant. 1. *Dum esset Rex in accubitu suo. Et ad eas re-*

Cant. 1. *vertens de contemplationis ebrietate, di-*

xit: Introduxit me Rex in cellam vinariam. Eadem verba / inquit ille Sanctus) poteris tu etiam dicere, si post fervidam orationem, post suspitia, & gemitus frequentes, ad utilem actionem cum proximis exieris, manu certe non vacua, praesertim illi libabit hos usurpare sermones, qui oratione obtinuit, in mentis excessu, in ea divina arcana condescendere, unde mox redeat divino vehementissime flagrans amore, & iustitiae zelo estuans, in cunctis etiam spiritualibus studiis nimium fervens, ita ut dicere possit: *Concalvit cor meum intra me.* Nam cum ex charitatis abundantia, beatam & salutarem vini laetitiae ructare crapulam cceperit, non immerito in cellam vinariam introisse dicetur. Cum enim (ait) duo sint beatæ contemplationis excessus: alter in intellectu, alter in affectu: alter in lumine, alter in fervore: alter in devotione, alter in cognitione, pectus tamen amore caiens, & sanctæ devotionis infusio, nec non pius affectus ac vehementis spiritus repletus zelo, non aliunde quam in cella vinaria reportantur.

Cant. 2. Item ibi super, *Ordinavit in me charitatem.* Zelo (inquit) omnino necessaria est prudentia, nam ubi vehemens zelus est, ibi maxime discretio est necessaria, quæ ordinatio charitatis existit: semper equidem zelus absque prudentia minus est efficax minusq. utilitatis solet afferre. Plenumque triam nosius esse solet: proinde quanto

ferventior zelus est, & ardentior charitas, eo vigilantiori studio prudentiae opus est, quæ zelum supprimat, spiritum temperet, & perfecte ordinet charitatem. Igitur ne sponsa tamquam gravis, molesta esset adolescentulis, id est, animabus infirmis, ob spiritus impetum, quem è cella vinaria reportasse videbatur, iungit quod prudentiae est, se charitatis ordinem pariter accepisse. Ibidem scribit charitatem bene ordinatam, et si plus sollicita sit de proprio bono, licet parvo servando, quam de alieno, licet magne. tamen multo magis latatur de bono alieno magno, quam de proprio parvo.

Si dicas : Quomodo proficere potero fratri qui magis proficieni invideam? Si, inquit, doles quod invides, id sentire est, non consentire: ideo passio est quandoque sananda, non actio condemnanda, cui passioni si vehementer repugnes, non tu illam operaris, sed quod manet in te peccatum. Quod si penitus malum illum affectum, & inveteratum diu vitium, licet pro viribus studeas expellere, confessione, oratione, & fletu nequeas, (& ideo magis confundaris, ac ob id humilior & erga fratres omnes mitior sis,) nil crimine dignum est in te.

Ecclesia languens sponsi amore (sanctos intellige pastores) dicit, fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Non enim aliter restatur posse ferre interruptæ contemplationis molestiam, & dilecti sponsi absentiam, quam si tunc temporis animas lucrari quear: ideo dicit, confortate me floribus, id est, denuo conversis, seu re-

144 SECUNDA PARS.

cens spiritualem vitam incipientibus, & malis, id est, iam in ea proficientibus. Bern. ser. 51. Quod si per sponsam, quamlibet singularem animam intelligamus, per flores fidem, pro fructibus bona opera accipiamus, necesse est: ex bonis enim operibus in fide non facta plantatis, consolationem comparat men. internę affectueta quieti, quoties sibi lux contemplationis subtrahitur: nam quandocunque à contemplationis fruitione deciderit, ad vitam activam se debet recipere. Langor ille (inquit) est quoddam impatientis desiderij tedium, quo necesse est affici vehementer animam amantis quem diligit absentia: dumq; expectatione pendet, quamlibet festinationem, moram iudicat, & ideo interim postulat fructibus, id est, odoribus fidei, ac bonorum operum confortari. In libro de diligendo Deo, aliter idem Bernar. prædicta verba exponit: ubi per flores & mala, mysteria humanitatis Christi intelligit, quorum consideratione mirifice excitatur anima, ad divine bonitatis contemplationem, quoties ob carnis infirmitatem & ex ilium languet, id est, à fervida Deitatis contemplatione tepescit.

De tripli timore. §. IV.

Idem in eodem ser. Quando anima spē modicum, timoris vero plurimum habet quiete & pace interna frui nequit cum inter præmii spem & suplicii timorem fluctuat idque maxime si timore abundantius crucietur. Nam cum timor poenam habeat sociam dicere non potest. In pace in idipsum dor. Psal. 4, mihi & requiescam: at si pavlatim gratia

incremento cœperit timor desicere , spes vero proficere & charitas totis viribus in spei adiutorium exurgens , foras timorem expellat : nonne hæc anima singulariter in spe constituta videbitur ? Ac proinde in pace in ipsum dormire jam & requiescere ?

Anima sic affecta , iubilans dicere poterit
Læva eius sub capite meo : per lævam gehennæ comminatio intelligitur , cuius timorem cum anima amore vincit , non super caput , ut imperfectis fieri solet , sed sub capite habet lævam spōnsi : & dextera illius amplexabit ir me. Dextera sponsi est promissio certissima præmiorum , iuxta illud :

Lant. 2.

declarationes in dextera tua usque in finem : Psal. 15.

q' orum spe sponsa singulariter munita , prædicta loquitur. Vnde quidam Sanctus dice 'e solitus erat iam non timeo sed amo. Idem serm. 52. Dormiens ergo sponsa in hac firma spe & dulcissimo contemplationis immersa somno , filias Ierusalem , id est , infirmas animas , que proficiendi spe adhærent sponsę , monet ne eam à somno excitent , nec ipsa velit. O mira Dei bonitas quæ contemplantis animā in sinu suo quietere permittit , ibique eam ab infestantibus curis tuetur , & à negotiorum & affectionum molestiis protegit , quæ sepe ad eam ipsæ adolescentulæ importune solent afferre. Operatur enim hoc dulcissima Dei dignatio , ut sanctam animam , etiam quamplurimis vitæ activæ laboribus jure officii implicatam , aliquando à sensibus ita suspendat , ita amplectatur , ita in sinu foveat , ut non permittat illam terrenis molestiis

Ps. 123. aut ullis phantasmatum negotiis perturbari ita ut illa silentii hora dicere valeat: *Anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

Quid tunc formidabitur luxuria, ubi ne vita sentitur? Excedente quippe anima à vite sensibus, necesse est, ut nulla sensus tentatio

Psal. 54 sentiatur. *Quis dabit mihi pœnnas sicut colubæ?* Utinam hac morte ego frequenter cadam, ut evadam laqueos mortis, libidinis motus non sentiam, stimulos iræ & impatientiæ, sollicitudinum angores, curarum

Nu. 23. molestias negligam. *Moriatur anima mea morte iustorum,* optima mors illa est, quæ vitam non aufert, sed commutat in melius. Utinam anima mea (si ita fieri possit) Angelorum motte moriat, ut præsenti excedens memoria, rerum se inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, sed etiam similitudinibus exuat: is namque excessus aut solum: aut maxime contemplatio dicitur: dum enim vivitur, rerum exteriorum cupiditatibus non teneri humanæ virtutis est: corporum vero similitudinibus speculacione mentis non involui, Angelicæ puritatis habetur.

Vtrumque tamen divini muneris est, utrumque enim te ipsum excedere est, & transcendere, scilicet procul unum proprius est

Psal. 54. alterum. Beatus qui dicere potuit: *Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.* Si concupiscentias carnis vicisti, iam separatus es, sed nondum elongatus, nisi etiam irruentia undique phantasmata corporearum similitudinum transvolare mentis puritate prævaleas. Hucusque loci tibi requiem polliceti, falleris si citra quietis locum solitu-

dinis secretum , serenum lumen , & pacis habitaculum invenire posse confidis. In hac ergo excessus quiete erat sponsa , quando prohibet , ne adolescentulæ illam excitant , eas adiutans per capreas & camporum cervos , id est per sanctas animas à corporis mole exutas , quæ ob visus acumen & saltus celeritatem in contemplatione , bestiis illis assimilantur , quarum collegio anima pura & contemplationi intenta sociatur , ne faciliter cuiusvis negotii temporalis causa eam à iucundissimo collegio deturbent , donec ipsa velit , nam in arbitrio sanctorum pastorum est , quando sibi & quando animarum sibi commissarum curæ vacare debeant ideo monet , ne donec ipsa velit , excitetur.

Bern. serm. 54. super Cant. locum animæ que superbie vel occulte alicuius arrogantiæ causa admirandam gratiam devotionis amisit , sic deplorat : Heu quia aliqua superbia in me inventa est , Dominus declinavit in ira à servo suo , hinc ista sterilitas animæ , & devotionis inopia , quam patior : exaruit enim cor meum . & coagulatum est sicut lac , factum est sicut terra fine aqua. Non compungi ad lachrymas queo , non sapit psalmus , non delectat orare , orationes solitas non invenior Vbi illa spiritus inebriatio : Vbi mentis serenitas & pax ? Vbi gaudium in Spiritu sancto ? Ad vigilias sum somnolentus , ad iram præceps , linguæ & gulæ indulgentior , & scignior , & ad prædicationem obtusior. Heu quem me alium putem , quam unum de montibus Gelboe ,

quem præterit Dominus in ira, & indignatione sua: Fons sapientiae suo rore & pluvia omnes montes in circuitu visitat, à me autem transit. Nam unum ex fratribus singularis video abstinentiæ, alium admirande patientiæ, humilitatis, mansuetudinis, illum contemplationi vacantem in mentis excessu sœpe rapi. Quare filioli manete assidue in Domini timore, suspectum semper sit nobis arrogantiæ crimen: nil enim tam efficax coram Deo ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam reperire potui, quam si omni temporis articulo, coram Deo non altum sapere, sed timere inveniaris. Beatus ille vir qui semper timet (& quamvis de gratia gratum faciente hoc prædicetur, tamen ipse hoc loco de ferroris & devotionis gratia præcipue loquitur) time igitur, licet gratia devotionis arrideat: paveto, etiam cum de ruo revertatur, & hoc dicitur semper esse in sollicito timore.

Succedunt enim vicissim sibi in animo tres isti timores, nempe cum adest gratia, time ne non digne operis, iuxta illud, *Videte ne in vacuum Dei gratiam recipiatis.* Nam negligere donum donantis contemptum præ se fert, & acceptum munus non gratauerit expendere, intolerabilem superbiā significat: & cum adest gratia multo cum animæ periculo occultissimum arrogantiæ vitium quasi leo in spelunca sua infidiari solet, quæ ut tuis gratiam meritis adscribas, monere non desinit. Cum autem recedit gratia, multo magis timendum est, quasi ea subtracta in cadendi periculo

2.Cor.6.

maneas. Time ergo & contremisce Deo tibi, ut sentis, irato: time quod custodia tua sis derelictus, nec dubites superbiæ vitium etiam si non appareat, in causa fuisse, atque etiam si nullius noxæ tibi conscientia videare: novit namque Dominus, quæ tu nescis, & ipse est, qui iudicat. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est sed quem Deus commendat. Numquid commendat te Dominus cum gratia privat? Numquid qui humiliibus gratiam solet impetrari, humiliatis datam auferet? Vnde sit, ut semper superbia gratiæ privationis causa existat. Feri tamen potest ut alicui gratia subtrahatur, non præsentis superbiæ causa, sed ne ex adventu gratiæ superbire contingat: denique semper superbia subtractæ gratiæ causa merito habebitur. Quod si gratia amissa redierit, multo plus timendum est, iuxta illud: Ecce iam sanus factus es, vade, & noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Attende peius esse reincidere, quam cadere: quod enim ita sit invalescente periculo, inualefacat & metus necessè est, nam si timueris hos tres timores, dicetur de te plene, Replevit eum spiritus timoris Domini: hi enim tres timores filiales sunt & casti, quod charitate veniente non pereant, sed illius adventu dulcorem & augmentum recipient.

Iai. II.

Quid sit Sponsum prospicere per fenestras. §. 5.

Elix Paulus, qui uno dum taxat mortalis corporis pariete à Christo distabat & merito cum sponsa dicere poterat: En ipse

Cant. 2. stat post parietem nostrum , ac proinde ardentissime dissolui , & esse cum Christo appetebat . Ego autem qui peccator sum dissolui non cupio , sed a corpore exire formido , quia mors peccatorum pessima : contremisco in ipso portus ingressu , dum prope adesse Christum non confido qui abeuntem excipiat , multos enim parietes intermedios addidi , qui me Christo appropinqua e prohibent : & ideo cum exiero , timeo potius intrugientes paratos ad escam incidere quam Christo appropinquare fidente sperem .

Bernardus Ser. 56. ibi . Sponsus stans post parietem canticis dilectæ suæ dilienter proficit per fenestras & cancellos quid anima intus agat : quid cogitat , quid desideret , abundat enim dilectæ suæ zelo : quare expedit , ut illa diligentissime se custodiat , ne forte in aliqua minus decenti operatione occupata comprehendatur . Expendito etiam nullam sponsi observationem animam sanctam subterfugere , sed optime intelligere , quoties ipse per cancellos & fenestras proficiat .

Diligenter etiam observat per singula temporis momenta adventum spiritualem sponsi , ut cum primum ianuam pulsaverit , accurrens illum introducat : quare meretur ab sponso veniente audire : *Surge propera amica mea.* Numquam ignorat tempus visitationis suæ dissimilis certe illis qui cum faciem cœli diiudicare noverint adventum Domini omnino nesciant . Vere visitat sponsus quoties vere de peccato compungens , vel eius amore , devotione fervens inardescas : & si iam puram & tranquillam

conscientiam sequatur subita quædam & insolita mentis latitudo , vel quædam lumenis infusio ad plenam scripturarū & misteriorum intelligentiam.

Serm. 57 in fine huius sermonis ita scribit:
Viam virtutis incipientes , hac visitatione non ium digni sunt , quæ est in amoris dulcedine & cordis latitudine : sed sunt quasi vulnerati dormientes in sepulchris , pressi lapidis pondere , timore divini iudicii , donec proficientes huius timoris sublato pondere , tamquam mole prementis lapidis liberi . in spem veniae respirare valeant.

Ibi Ser. 58. Cura (inquit) non semel , sed sœpe putare animæ tuæ vineam , quia putata repullulat , immo si fieri possit semper : semper enim nisi dissimulas , quid putari oporteat , invenies , quantumlibet in hoc corpore manens profeceris. Erras , si via tua emortua putas , & non suppremis velis , nolis , intra fines tuos habitat lebus , premi potest , non exterminari. Vnum in tanto discriminè præsentissimum est remedium , diligenter observare : ut mox cum renascentiū capita emergerint , prompta severitate succidantur. Nequit virtus cum vitiis patiter crescere , quare ut illa vigeat , hæc crescere non patiamur. Demus ergo operam putationi , putetur cupiditas , ut virtus crescere & roborari valeat ; Iam hiems (inquit) in vobis transiit fratres , altem in pluribus ex nobis , idest , timor ille servilis , qui non est in charitate , qui licet omnes ad sapientiam initiet , neminem tamen consummat , sed superveniens charitas retundit illusione

152 SECUND A PARS

velut æstas hiemem. Æstas enim charitas est , quæ adventu suo omnem hiemalem imbreem , idest omnem anxietatis lachrymam , quam peccati amara recordatio & timor iudicij antea extorquebat , omnino exsiccat , & largissime effundit dulciorē pluviam , idest suavissimas charitatis lacrymas. Habet namque æstas pluvias proprias , suaves , & uberes : flet quippe charitas , sed ex amore non ex mortore : flet directi desiderio , flet cum flentibus. Incumbit igitur putationi : vias nostras & studia nostra scrutemur (Thren. 3.) & in ea se quilibet professo esse iudicet , non cum non inveniat quod reprehendat , sed cum quod invenit , reprehenderit : tunc te non frustra scrutatus es , si rursum opus esse scrutinio advertisti , & toties te non fecellit inquisitio tua , quoties eam iterandam censuisti : si autem hæc cum opus est , facis , semper te facere credito. Hæc ille.

*PLVRIMA CONCILIA
quis modus in abstinentia tenendas
de scrupulis &c. Cap. XVII.*

IN Tractatu de discretione exercitorum Gerson ita devotis personis consulit : Consilium hoc vobis do , ut devotus homo si omnino mensuram in cibo & potu servare nequeat , nutriat potius corporis suum cum aliquo excessu , quam sibi subtrahat nimis cum defectu : ratio in promptu est , quod

corpori per nimiam abstinentiam læso vix mederi valeamus : quando autem exceditur, facile succurritur una , aut duabus abstinentiis. Attende Gersonem non de carnalibus, sed de devotis loqui. Ibi , Fratres quibus contemplationis , aut devotionis gratiam assequi licuit , nullo modo iudicent , aut contemnant fratres exterioribus occupatos tanquam inde votos : fieri enim potest , ut plus hi Deo complaceant proximorum charitate & obedientia : immo sibi ipsis accurate debent invigilare , cum quiescant , & veluti Domini recumbant , officiales autem tamquam servi ministrent illis , in multo labore & fatigatione. Vnde timere merito debent , ne si arum spiritualium exercitationum fructum ipsi non percipient , sed potius administrantes perveniat , qui illorum causa temporalibus officiis detenti contemplationis gratiam nequeunt degustare. Iulus enim tu ex est Dominus. Ibi : persona devotioni dedita ; nullam singularitatis notam præ aliis debet ostendere in exterioribus , est enim evidentissimum hypocrisis ac superbia signum , sed studeat in publico fratribus suis similis esse , idque tamen absque peccato. Ibi : Cavendum est , ne quis in ordinato Dominum offendendi timore angatur , inde enim oriri solent scrupuli , puerilanimitates , desperationes . timor certe cadendi facit calum. Nam quemadmodum quilibet homo secure transiret ligno quæ mvis angusto in solo existenti , quod si tamen in alto esset , aut super profundam foveam , quamvis latius esset , non abiue maximo cadendi periculo taantire posset ,

quod imaginatio casum faciat; & iuxta physis
suum sententiam, in magno timore to-
tus sanguis ad cor iuvandum confugiat, qua-
propter cætera membra viribus destituuntur,
& ideo cadat necesse est: ita etiam timor il-
le inordinatus, & pusillanimitas procul ex-
pellenda sunt. In locis tenebris ad ti-
morem incitamus, ex nimio metu phan-
tastico, videmur enim sæpe terras ima-
gines aspicere, sibilationes: & horribi-
les voces audire, cum in re tamen nil sit.
Remedium ergo pro pavidis & natura ti-
midis efficax est, ad contraria se convertere
eorum, quæ timorem inducunt, scilicet
ad consolatoria: contraria enim contrariis
curantur. Ideo dæmones conquesti sunt de
monacho quodam eos confundentes, nam
cum ipsi eum vellent extollere, ipse se de-
primebat: cum autem vellent illum depri-
mere, ipse se extollebat, & insperni-
gebat.

Immoderatus timor, & pusillanimitas,
& animi abiectione sæpe efficiunt, ut homo
ex stimet se peccasse, aut alicuius concu-
piscientiae, iræ, inuidiae tentationi assensisse,
cum tamen re ipsa non consenserit. Nam
quamdiu ratio reluctatur, & ab illa pesti-
fera impugnatione liberari nititur, non
peccasse dicitur, non enim illud agit, sed
patitur: imo quo maior impugnatio, eo
preciosior corona comparatur, licet aliqua
venialia durante pugna commiserit. Ut
enim dicit Gerson in tractatu de remediis
contra pusillanimitatem: Si quis in tenta-
tionis conflictu aliqua committat venialis,
tamen pro pugna contra vitia, & labore

pro virtutibus suscep^to , non parum conciliat meriti , adeo ut pœna ipsa quam resis- tens patitur , delect procul dubio pœnam venialibus debitam . Non ergo tentatio- nis sensus sed consensus culpatur . Idem in dicto tractatu de remediis contra pusilla- nimitatem dicit : Sæpe evenire solet , ut aridus ac omnino spirituali consolatio- ne vacuus , plus mereatur quam si devo- tione & spirituali consolatione frueatur : nam ille se ipsum vilificat , & corde licet frigido , facit quod in se est , toto animi affectu studens devotionis gratiam adipisci . Et licet Iesus transeat , & dissimulet , magis ac magis clamet , instar cæci iuxta viam sedentis instantissime ab eo lumen gratia & consolationis postulet . Tunc tem- poris quamvis malarum cogitationum tur- ba irruat , & ad tacendum impellat , tamen ipse magis ac altiori voce clamet , donec lumen exoptatum accipiat , idque tunc tâ- to labore adeptum maioris meriti habetur quam si illud absque ullo certamine possi- deret .

Vnde Bernardus exponens illud : *De-
litterare in Domino , & dabit tibi petitiones
cordis tui* : Non est (inquit) hoc intelli- gendum de affectu , sed de exercitio : ille enim satis bene huc implere dicitur , qui ad delectationem venire nititur , qui quamvis non pertingat , ut delectetur , tamen quantum in se est , illud ipsum agit . quod ille , cui delectationem percipere licuit . Sunt quidam , qui totum pene tempus in eo expendunt , ut spiritualibus consolationibus potiantur , ac ob id exercitationes

alias utiliores & fortasse Deo gratiore omittunt, vel ad quæ forsan ex obedientia tenentur, quas ubi assecuti sunt, securi & quieti manent, quasi plene munus absolverint. hi tunc licentiam usurpat vagandi ad impertinentia, non attendentes misericordiam consolationem potius gratiam gratiis datam dicendam, quam pro merito reputandam esse, multumque ab eo cui plura donata sint, exigi debere: item eam consolationem posse diu permanere cum peccatis, & propriis afflictionibus; quibus etiam aliquando accidit, ut perceptam dulcedinis gratiam quasi nihil pendentes, abiiciant, & abiectione postea velint recuperare, quasi Dominum semper paratum esse ad illius gratię exhibitionem oporteat.

* Idem: Cum Deus nisi in tranquilla conscientia habitare sit solitus / in pace enim factus est locus eius) fugienda est nimia conscientiae scrupulositas, qualis illorum est, qui cum absque actuali intentione ab evagatione surrepta (& non ex spontanea aut quasi spontanea) horam recitant aut psalmum, iterum atque iterum resumere non cessant, atque id saepe magis insipide & negligentius, quam prius faciunt: item illorum qui nulla confessione quiescunt, qui que summopere fatigantur, ut venialia omnia sigillatim dicant, quasi arbitrentur se potius ex iustitia sua quam Dei miseratione salvandos. Idem ibi dicit: quando aliquis ex confessionis frequentatione magis inquietus quam tran-

quillus fiat, optime faciet, si ab ea cesseret frequentia (dummodo à peccato mortali liber existat) nihilominus tamen fiducialiter & humiliter superiorum & senum consilio usus procedat. Ibi etiam inquit, quosdam esse adeo arctæ conscientiæ, ut quo magis eam confessione purificare nituntur, eo amplius inde quasi fœdantur, propter plura denuo ex fricatione provenientia quæ tamen ut plurimū parvi aut nullius momenti sunt. Horum conscientia non melius roboratur, quam si eam in pace & quiete dimittas, ut solum lacrymarum imbre rigetur, quod si fiat, dono gratiæ solidantur. Oportet etiam scrupulosos extimoratorum & expertorum consilio, saeppe contra scrupulos suos agere, ut sic pauperrim assuescant non timere: veluti ædium ædificatores longo instructi usu secure & intrepide super alta testa gradiuntur, non assueti vero mox de casu tentantur. Sæpe etiam dæmon scrupulosis ac meticolosis ingenerere solet terrores, strepitus, horrores vanos, instar ioculatorum qui inusitatis vestibus horrorem pueris incutunt, atque instar urbem obsidentium qui variis figuramentis & terriculationibus obsessis metum incutere conantur. Remedium ad id præsens est hæc negligere & irridere, ac simul cum patre illo dicente loqui: Immunditia tua super te diabole qui immundus spiritus es, terrores tuos non timeo, quia adhuc Christus vivit, qui protector meus est. Hæc Gerson. ibi etiam scribens moneret nos similes esse debere prudentibus

pueris, qui volentes metum incutere fictionibus mira arte deludunt, nec ullis terroribus quos inanes reputant, turbantur: quæ ratio optima est ad vincendum blasphemiarum spiritum.

*E G R E G I A Q VÆDAM
documenta, & D. Bern. & D.
Bonv. purgatione animi, ad com-
templationem paratur via. Cap.
V X I I I.*

Illud primo animadvertendum est rectum vitæ ordinem exigere, ut vita contemplativa medium teneat locum inter binas vitæ activæ partes: nam hoc ordine recte progrediendum est. Primo namque vitiorum & affectionum mortificationi insistendum est, orationi deinde & exercitio virtutum, postea sacrarum litterarum studio: Secundo, quiescendum est in contemplatione: quarenda est mentis solitudo, & soli Deo vacandum est. Tertio, postquam animus per praedicta duo exercitia, virtutibus & vera est sapientia imbutus, illuminatus & fervidus effectus, ad aliam vitæ activæ partem debet procedere, nempe ad aliorum salutem procurandam, prædicando, scilicet docendo, & regendo. Hic ergo est ordo rectus, ut actio purgativa contemplationem præcedat, alioqui præpostero utitur ordine, qui ante meritum exigit præmium, & ante laborem cibum postulat.

Hec Bernard. Serm. 46. super Cant.

Cum dicat Apostelus. *Qui non laborat, psal-*
non manducat. Et David: *A mandatis tuis in-*
tellexi. Hinc constare poterit, nemini deberi
 contemplationis dulcedinem nisi obedi-
 tiæ mandatorum. Appetis tu quidem con-
 templationis quietem & bene facis, sed
 cavendum est ne obliviscaris prius sponsi
 lectum virtutum floribus spargere. alioqui
 ad fructum, id est, dulcem somnum & suave
 contemplationis otium pervenire non po-
 teris. Nam aliter progredi nil aliud erit
 quam non exigitatus delicate orio velle
 quiescere, & Lie fœcunditate neglecta, so-
 lis Rachelis amplexibus velle oblectari.
 Non igitur putes propriæ quietis amore,
 sanctæ obedientiæ a&b;us seniorumve tra-
 ditionibus præiudicium ullatenus facien-
 dum: non enim dormiet tecum sponsus in
 lectulo tuo, quem sibi pro obedientiæ fl-
 tribus: cicutis ac uricis inobedientiæ spar-
 fisti. Miror (inquit Bern.) quorundam
 impudentiam, qui cum inobedientes sine
 & impatientes, nihilominus tamen audierat
 ad fœdum conscientiæ suę lectulum omni
 orationum instantia totius puritatis Domini-
 num invocare: non enim dabit inobedienti
 sui copiam tantus obedientiæ amator, qu
 mori, quam non obediens maluit. Nec ap-
 probat tæ contemplationis inane otium,
 qui per Prophetam sic loquitur: *Laboravi*
fuscinens: signans tempus quo cælo exulans
 & summe quietis patria operatus est salutem
 in medio terræ. His enim dicet: *Cum exten-*
deritis manus vestras, avertam oculos meos,
 & *cum multiplicaveritis orationem, non*

Pſ. 68.

Ierem.

15.

Iſai. I.

exaudiam. Quo enim pacto cum lectus tuus non sit floridus, sed potius fœdus ac putidus, tu ad illud gloriæ regem audes invitare?

Si quæras, quid te velim facere, dicam: Primo quidem conscientiam tuam ab omni iræ iniquitate, disceptationis murmuris, & livoris emundes, necesse est: & quidquid in mente immorari cognoscitur, quod aut fratrum paci, aut seniorum obedientiaz obstat, de cordis habitaculo elinfinare festine. Deinde bonorum ætuum flores, & laudabilium studiorum atque virtutum ornamenta tibi cures apponere, quæ cum feceris, ad hunc lectum floridum secure sponsum vocare licet. Hæc. Bern.

Contemplatio alteram vitæ activæ partem antecedat, quæ actionem saluti procurandæ invigilat. §. I.

Quod autem contemplativa activam præcedere beat quoad secundam ipsius activæ partem, habes ex Bernard. serm. 18. super Cant. Cave ne antequam infundaris, tu semiplenus effundere festines, arans contra legem; in bovis primogenito, & ovis primogenitum tondens, nimitem vita ac salute, quam alteri donas, te defraudas, dum sana intentione vacuus, inanis vento gloriæ inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno insiciaris, & lethali apostemate turgens occumbas. Quamobrem si sapias, concham te exhibeto non tanalem.

Ideo tu frater cuius satis firma propria
salus nondum est , cui charitas adhuc aut
nulla est , aut adeo tenera , ut cuicunque
statui cedat , omni spiritui credat , aut cui
tanta est charitas ut ultra mandatum plus-
quam te ipsum proximum diligas , & rur-
sum tantilla , ut contra mandatum favore li-
quescat , pavore deficiat , tristitia perturbe-
tur , avaritia contrahatur , protrahatur ambi-
tione , suspicionibus , convitijsq; exagitetur ,
curis expellatur , honoribus tumeat , livore
tabescat : tu inquam , in propriis te eum-
dem intelligens , qua nam dementia aliena
curare ambis , aut appetis ? Noli si mihi
justus esse , sufficit tibi proximum tuum si-
cū te ipsum diligere : imple te prius , postea
curabis effundere . Prudens enim charitas
affluere , non effluere consuevit . Vnde
Apostolus . Non sic detis ut aliis sit remissio ,
vobis autem tribulatio . Hæc sunt , quæ
prius comparare debes , quām effundere
audeas . Primo , compunctionis : secundo , de-
votio : tertio , pœnitentiae labor : quarto ,
pietatis opus : quinto , orationis studium :
sesto , contemplationis otium : septimo ,
plenitudo dilectionis . Quod si virtutibus
plenus scientia quoque atque eloquentia
adornatus , metu forte aut segnitie , aut mi-
nus discreta humilitate bona verba , quæ
multis prodeesse possint , inutili ac damna-
bili ligas silentio , rem Christi detines , &
te illa maledictio tangit : *Maledictus qui
frumenta abscondit in populis.*

Vnde Ber.ser.57.dicit viros sacerdos , qui fer-
vido charitatis zelo ex contemplationis otio
ad verbum prædicationis descendunt , semper

2.Cor.8.

arguere & scrupulis s̄epissime cruciari. Nam dum contemplationi vacant , timent ne forte contra Domini voluntatem à prædicatione cessaverint : & dum prædicationi insistunt , verentur ne forte plusquam æquum esset , ob prædicationem contemplationis quietem remiserint : inde fit ut inter operis fructum & contemplationis , suavissimum somnum graviter æstuent . Quapropter bonis specibus semper intenti , semper tamen quasi de malis pœnitentiam agunt , & singulis momentis cum gemitu Domini voluntatem inquirunt . In tanto conflicit unicum remedium est oratio ac gemitus , quo Deum assidue deprecemur , ut nobis dignetur ostendere , quid , quando , quatenus nos facere velit .

De variis contemplationis gradibus. S. I I.

Cant. I,

Dicemus igitur aliquid de contemplatione . Si jam charissime frater in prima activæ vitæ parte defudisti , audacter dicere poteris cum sponsa : *Osculetur me osculo oris sui .* Iam / ait Bernard Serm . 9 , super Cant-) ex sponsi gratia , multis annis sobrie casteque vivo , lectioni insisto , resisto vi- tiis , orationi incumbo , frequenter contra tentationes vigilo , recogno annos meos in amaritudine animæ meæ , sine querela , arbitror , quantum in me est fratribus convi- vere . Nam (ut ipse dicit in sermone Apo- stolorum Petri & Pauli) In communi stude amare , & amari , blandum te & affabilem exhibere , ferrenon solū patienter , sed etiā

libenter fratum tuorum infirmitates tam
morum quam corporum, superioribus tuis
subditus esto, aliena ne cupias, te potius &
tua dato, denique in sudore vultus tui pa-
nem comedas, oportet. Ceterum haec om-
nia de consuetudine constant, de dulcedine
nihil, mandata forsitan utcumque adimpleo,
sed anima mea sicut terra sine aqua in his
omnibus. Ut igitur holocaustum meum
pingue fiat: Osculetur me osculo oris sui. *Cant. I.*
Vide quo^rlo Betnard. *Serm. 52.*

Triplex est contemplationis gradus: Pri-
mus humanitatis Christi, & est incipi-
tium: Secundus celestis curiae, & est pro-
ficiens: Tertius, maiestatis Dei, & est
perfectorum. A mysteriis namque humani-
tatis inchoandum est, alioqui non tam as-
cendere, quam vere posses. De quibus
vide *Serm. 62. super Cant. & Serm. 43.* ibi.
Admonet tamen Bonaventura non opus
esse, ut activae vitae ratio, vitiorum & pas-
sionum mortificatio, contemplationem my-
steriorum humanitatis Christi praecedat:
per eam enim maxime purgamus a vitiis,
& virtutibus imbuimur, & horum myste-
riorum meditatio simul cum prima vitae ac-
tivae parte procedere debet. Haec scribit
cap. 52. De secundo gradu vide Bernard.
ser. 40. & 62. Quoad tertium gradum, sci-
licet, de contemplatione divinitatis, quod
pauci perveniunt, ut scribit Bonav. scito
primo ex Bern. *serm. 49.* duos esse beatae
contemplationis excellitus: alterum in intel-
lectu, alterum in affectu. alterum in lumi-
ne, alterum in fervore: alterum in agnitio-
ne, alterum in devotione. De gradu hoc

videre licet gratissima , quæ scribit serm.
41 cuius initium est *collum tuū* Et serm. 62,
cuius initium est *Columba mea*. Qui , in-
quit , gradum hunc ascendere potuit , ca-
veat ingredi quasi maiestatis scrutator ,
quia opprimetur à gloria , sed simplici ocul-
lo & humili corde quasi in admirationem
raptus . Quod si per excessum rapi in il-
lam maiestatem contingat , digitus Dei
hic est dignanter hominem elevans , non
hominis temeritas insolenter altissima Dei
investigans : rapitur ad hæc humilis , su-
perbus vero opprimitur . Cum ergo Aposto-
lus raptum se memoret , ut ausum excu-
set ; quis alter mortalium huic se divine
maiestatis horrendo scrutinio propriis
præsumat intricare conatibus , & tamquam
importunus contemplator in pavenda ar-
cana prorumpere ? Scrutatores ergo ma-
iestatis dicuntur , qui humano ausu in eam
irrumpere volunt , non qui divino munere
in eam rapiuntur . Formidolosa igitur , ac
periculosa est scrutatio maiestatis , pia ve-
ro & tuta scrutatio voluntatis , id solum
inquirens quo pacto Domino placere va-
leam , quibus actionibus consequar ut de
me dici possit : Inveni virum secundum
cor meum :

De quatuor contemplandi modis §. 3.

Scribit præterea Bernardus quatuor esse
modos maiestatem contemplandi . Pri-
mus & maximus est admiratio ipsius ma-
iestatis , quæ si facile inveniat cor à vitiis

præsertim à superbia liberum , aliquantulo temporis spatio in extasi suspensum attolleret. Secundus admiratio judiciorum Dei quæ dum horrendo aspectu vehementius concutit mentem intuentis , vitia fugat , virtutes infundit , aptum reddit ad sapientiam , humilitatem denique conservat. Tertius, Recordatio beneficiorum Dei quæ ne dimittat ingratum , memorem sollicitat ad benefactoris amorem. Quartus , Meditatio æternæ fælicitatis promissæ , quæ constantiæ & perseverantiæ vires suggerit & subministrat. Præterea oportet nosce discriminem inter tempus , quod vitæ impendis activæ , quæ contemplativam præcedit & tempus in quo vis te totum contemplationi addicere : nam primum tempus vitam exigit socialem , secundum vero solitudinem. Homo enim bonorum consuetudine utens , citius & facilius vitiorum & passionum mortificationem acquirit , quam his qui salutarie vivit. Erubescit namque inter alios de vitiis quibus scatet & de virtutibus quibus caret exemplis aliorū stimulatur , corrigitur verbis , conatur defectus vincere in quibus noverit se a liis disPLICERE , proponit sibi præ oculis probos aliquos viros , quos tamquam virtutis exemplaria æmulari possit , diligenterissime considerat quid sit in quo eos sibi præponat , & meliores iudicet : quod maxime necessarium est ad acquirendam humilitatis custodiā his etiam , qui multis virtutibus lucent.

Nam ut ait Bern. Serm. 74. de tempore.

Quod si forte plus ieiunare potes, quā
frater, ille te patientia superat, humilitate
præcedit, supereminet charitate. De hoc
etiam vide Serm. illum 74. *Super Cant.* Idem
in epistola ad Fratres de monte Dei, ita
scribit: Discito tibi præesse, vitam ordi-
nare, mores componere, temetipsum judi-
care, & te apud te ipsum accusare, sæpe
etiam condemnare nec impunitum dimit-
tere. Sedeat accusans iustitia, stet rea &
te metipsum accusans conscientia, nemo
te plus diligit, nemo fidelius iudicabit.
Pete à te ipso rationem præteritę noctis,
& venturę diei, tu tibi canonem præscri-
bito, & supervenientis noctis regimen in-
dicio: sic districto numquam aliunde la-
civire vacabit. Singulis horis, iuxta com-
munis instituti canonem, sua distribue
exercitia, aliis spiritualia, aliis vero tem-
poralia donans: in quibus sic spiritus om-
ne debitum Deo exoluat, corpus vero spi-
ritui, ut si quid fuerit intermissum, si quid
neglectum, si quid imperfectum, suo lo-
co, suo modo, suo tempore impunitum
abire ne permittas.

At, inquit Bonavent. tempore quo con-
templatiꝝ vitæ vacandū est aliter & lon-
ge aliter te vivere oportet. Nam contem-
plator soli Deo vacare debet, & in soitu-
dine saltem mentis manere, nil ad eum
de rebus communibꝫ vel propriis, nil ad
eum de proximis quantum ad obsequia
corporalia spectare existimet, sed oratio-
ne, devotione, compassione ad eos in-
tendat. Nil etiam ad se de seipso attinere
potet, omnia denique post tergum debet

proiicere , & tamquam mortuus esse , ut plene soli Deo vacare valeat , nisi cum necessitas , vel inuitum compellat . Oportet in otio hanc addiscere sapientiam , ut habes apud Bern . Serm . 40 , super Cant . & Ser . 3 , & 5 , in Assumptione beatæ Virginiis . Formam enim contemplationis exprimit Magdalena , dum sedet , dum tacet , dum interpellata non respondet , quæ denique intus rapta , foris insensibilis redditur . De ipsa quippe sapientia scriptum est : *Qui minoratur auctu , percipiet eam* , ideo non vult Maria interrumpere silentii quietem , ne incundam amittat contemplationis dulcedinem .

Eccl . 38

Quatuor contemplationis impedimenta . § . 4 .

ASignat autem Ber . Ser . 23 . super Cant . Quatuor contemplationis impedimenta : scilicet , sensus egens , cura pungens , culpa mordens , irruentia corporarum imaginum phantasmata . Primum ergo est corporalis afflictio , ut valida famæ , vel sitis , vel frigus & similia : corporalis enim morbi tempore non est locus contemplationi , nisi id divino munere de gratia speciali fieret .

Secundum est sollicitudo curarum & occupationum ; nam occupatio varie contemplationem impedit selet , non solum contemplationis tempore , sed ante , & post illud , mentem reddit sollicitam circa facta vel facienda . Bernard . Ser . 4 Assumptionis ita inquit : *Quemadmodum pulvis*

oculo corporali aspersus visum hebetat, & s̄epe proſus tollit, ita, externarum rerum cura intelligentie oculum à veri luminis contemplatione repellit.

Tertium culpa mordens. Peccatum enim nondum deletum per contritionem, & licet iam deletum, impedit contemplationem, ut idem dicit. Sicut inquit, tenebrae corporalem visum impediunt, ita anima per peccatum tenebrosa, à contemplatione removetur: & veluti sanguis vel humor in oculum fluens visum nocet, sic peccatum cum in memoriam redit in animam usque delabitur, & mentalem visum obscurat: ideo quo tempore contemplari volumus, procul à nobis oportet peccatorum cogitationem expellere. Bernard. Serm. 57. super Cant. ita scribit. Qui iam longioris temporis progressu cooptante Dei gratia in melius aliquid & laetius proficere potuerunt, h̄i de indulgentia pr̄esumentes, non tam tristem peccatorum imaginem recognitant, quam in Dei lege assidue meditantur, & in ea die ac nocte insatiabiliter delectari student, interdum etiam revelata facie sponsi gloriam ineffabili gaudi speculantes in eamdem imaginem transformatur.

Quartum postremo impedimentum sunt corporearum imaginum phantasmatā, quod difficilis est omnibus pr̄edicis impedimentis, ac ideo commendatur nimium solitudo in ea vitæ conditione. Monet etiam ut contemplans sit cæcus, surdus, mutus ut videns non videat, audiens non intelligat, nec colloquio delectetur: studen-

præterea ex auditis , & visis nullas retinere imagines , quare non debet mores aliorum observare , ut dictum est de activo , ne inde phantasmata referre possit. Præ omnibus fugiat fæcularium colloquia quantumcunque coniunctorum. Quod si obedientia aut necessitate aliqua impellente , alicui corporali occupationi indulgeas , licet fideliter feceris , non tamen illi eo adhæreas affectu , aut mentis delectatione , ut inde imagines reportare possis , quibus possea Deo vacans impediari. De hoc optime Bernard. *ad fratres de monte Dei capite 30.*

Ex quibus inquit Bonaventura , apparet quam noxia sit sollicita curiositas , quæ totum animam insciens , impuram reddit & inquietam : quam etiam sit detestanda cupiditas & rerum congregatio externarum , & per consequens quam amanda quam prætioia puritas , quæ expeditam & puram animam assidue Deo offert. Ne te moveat , ait , quod contemplatus proximis non intendat : intendit enim Deo , in cuius dilectione actuum excedit , actius tamen in dilectione proximi contemplativum superat. Vnde Bernard. Serm. 60. super Cant. dicit Monachos in conventu esse in duplii differentia. Quidam similes sunt sicutibus dulcibus : hi sunt qui non solum sine qua rela inter fratres versantur , sed etiam multa cum suavitate faciles se exhibent in omni charitatis ministerio. Alii vine seu vitibus assimilantur , spiritu ferventes & pro Deo zelantes , qui reliquis fratribus severiores se præstant;

utpote in spiritu vehementi zelantes pro disciplina , vitia acerrime corripiunt , aptissime sibi usurpanres vocem illam : Non

Ps. 138.

Ps. 68.

ne qui oderunt te Domine oderam . Et , Zelus domus tuae comedit me . Mihi ait quidam , illi in dilectione proximi , hi in dilectione Dei eminere videntur . Idq. est peculiare contemplantium , zelare pro Deo , cuius dilectioni ardenter insistunt , non quod dilectionem proximi penitus omittant , sed quia primo Deo intendant , proxime fratribus : cum vero necessitas imminet , quilibet contemplativus tam incipiens quam perfectus intermittit fratri causa otium contemplationis .

Idem Serm. super Cant. Quoties pro iuvando proximo , qui nostra eget opera vel loquela , quieti contemplationis aut celebrandis Missarum solemnitiis super sedemus ordo præposterus est , sed necessitas utilege non novit .

Dicit tamen Bonavent. Hoc esse discri-
men inter contemplativum tyronem , &
adhuc rudem , & inter eum , qui longo
contemplationis usu perfectus existat :
quod incipientis sit quam districtius potest
Deo soli vacare , ac tam avide solitudinem
semper mentis querere atque etiam cor-
poris , ut proximum , & seipsum , & ipsum
etiam Dei zelum negligere videatur , cum
hoc ipsa solitudinis natura postulet , maxi-
me si venientis sponsi frequenti visitatione
iucundatur . Ad perfectionem vero iam su-
blatus incipit pro Deo fortiter zelare ac
insimul pro animarum salute , de quibus
diximus aptissimos esse ad præfeturam .

Quare contemplativa habenda sit excellētior activa, habes à Ber. Ser. 5. in Festo Assumptionis. & item 4. super *Cant.* Vnusquisque tamen in ea vocatione, in qua vocatus est, maneat qui contemplationi aptus est in ea moretur, qui vero ministerio proximorum idoneus est, in ipso se exerceat: quare tu Monache cum status tuus conditio contemplativam exigat, eam totis viribus assume, præmissa, ut dictum est activa morali, quæ via est ad illam, gaudē & gratias age Domino Iesu, qui te ad eam vocavit partem, quam optimam esse dixit.

Interdum triplisi de causa à contemplatione vacandum. S. 5.

Ob vias tamen causas contemplans contemplationem ad tempus intermitit & actioni inficit. Prima propter animarum lucrum præicationi inficit modo supradicto. Secunda, Praefecture officium quo compellitur subditorum intendere negotiis. Vnde Bernard. de se ipso loquens ad monachos suos, qui quandoque numerū illum levibus rebus importune molestabant, sic dicit Ser. 2. in *Cant.* Rara sati mihi ad feriandum à supervenientibus conceditur hora. Et postquam arguit eos, qui levibus rebus eius oītum centurbabant. Superse: eo inquit, ne impatientiæ exemplum dare videat infirmis, pusilli enim Domini mei sunt, in quem credentes non patiar, ut ex me scandalum patiantur, non utor hac potestate: sed malo, ut ipsi me

pro libito utantur, dummodo salvi fiant:
 & in eo potius requiescam, si non me in-
 quietare timuerint pro necessitatibus suis.
 Geram eis morem quoad potero, & in
 ipsis serviam Deo meo, quamdiu fuero
 in charitate non facta, non queram, que
 mea sunt, nec quod mihi est utile, iudi-
 cabo. Hoc solum deprecor, ut fiat eis ac-
 ceptum, ac fructuosum ministerium meum
 si forte mihi ex hoc inveniam in die mala
 misericordiam in oculis Patris eorum:

Et serm. 51. in Cant. sic ait: Loquor vo-
 bis experimentum meum, & que scribo, ex-
 perimento didici: si quando competi pro-
 fecisse aliquos vestrum meis monitis, tunc
 non piguit, fateor, curram sermonis otio præ-
 prio prætulisse. Cum enim, verbis gratia, post
 sermonem iracundus quispiam reperitur
 mutatus in mitem, superbus in humilem,
 pusillanimis in fortem, aut in his virtuti-
 bus excresuisse, languentes ac tepentes re-
 feruisse, ac vigilasse, aridos in devotio-
 nis humore refloruisse; tunc non contri-
 stet pro intermissione iucundæ contemplatio-
 nis studio, sed patienter ab insecunda
 Rachelis amplexibus avellor, ut de Lia,
 mihi exuberent fructus proventuum ve-
 strorum. Charitas namque, quæ non qua-
 rit quæ sua sunt, id mihi jam dudum facile
 persuasit, nil, scilicet, delectabilium meo-
 rum vestris præferre utilitatibus, orare,
 legere, scribere, meditari, & si quæ sunt
 alia spiritualis exercitii lucra, hæc arbitria-
 tus sum propter vos detimenta. Hec
 Bern.

Tertia intermissione contemplationis

causa est, quando recedente sponso non
 sentit anima solitas consolationes, it enim
 reditque sponsus pro suo libito. Eo enim
 recedente, anima languet illius desiderio,
 & toto animi conatu eum nudit revocare
 cum sponsa, dicens. *Revertere dilecte mi:*
 si vero non revertatur, invocat in auxilium
 fidales sponsi, id est, sanctos Angelos, di-
 cens: *Adiuro vos filiae Ierusalem ut si spon-* Cant. 2.
sum videritis nunciatis ei, quod amore 3. 5.
langueam. Si autem, nec his precibus ac-
cessitus redire velit, tunc anima de sponsi
voluntate conscientia reducit se ad activam, ut
vel sic, fructificare queat sponso. Non
enim decet contemplantem marcere desi-
dia. Dicit igitur tunc sponsa: Fulcite me Cant. 2.
floribus, stipate me malis, quia amore lan-
gueo. Per florem fides, per fructus bona
opera intelliguntur, ut dicit Bernard. &
addit opus esse, ut anima quoties a con-
templatione corruit, ad activae vitae por-
tum se recipiat. Quis enim, ait, non dico
assidue, sed vel diu, dum in corpore hoc
moramus, lumine contemplationis frui
potuit? Cum igitur a contemplationis lu-
mine cadere contingat, ne descendat in
ignaviae tenebras, aut otij, sed ad sororem
juvandam veniat, id est, ad Martham, quae
etiam in luce est, juxta illud, Sic luceat Matt. 5.
lux vestra coram hominibus. Loquitur enim
de operibus, quae coram oculis sunt. O
vere felicem veri contemplatoris vitam,
cui tantum dulcedinis in divina familiari-
tate invenire licuit, ut nil aliud velit, sciat
loquatur, cogitet, operetur, quam ad dilec-
tum pertinentia, cuius amore omnino

existit absorptus. Inde sit, ut cetera pro luto reputet, omnem creaturam fastidiat, & solum Deum inardescat. Hinc etiam provenit, ut dulcis sit eius solitudo, semper hominum consortia fugiat, nisi quando Dei ipius honor compellat eum hominibus conversari. Dulcia sunt illi omnia spirituallia exercitia, nequit lacrymas continere in praesentia dilecti. Ideo etiam numquam otiosus manet, sed in omnibus actionibus, comedens, iter agens, manibus aliquid operans, in Dei laudibus & sanctissimis spirationibus se exercet. Et licet dolendum sit (ait quidam) pro carnibus, quorum corda longe a Deo absunt, multo magis & proprio dolendum arbitror pro illis, qui cum prope adsint, ipsum tamen tangere nequeunt, id est, habentes virtutes morales, carent tamen gratia devotionis.

Felix religio illi merito dicetur, quia aliquos (licet paucos) habeat contemplationis gratia vigentes, quos mire fovere debent Praepati, tamquam delicata lilia, tamquam amantissimum Beniamin in mentis excelsu prstantem, sinant eos in suo dulci somno quiescere, neve illos externis implicati negotiis patientur, nec eos, ut Conventum semper sequantur, compellant: quod si aliter fiat, ipsorum contemplativorum est tacere, non conqueriri: illud pro Domini beneplacito reputantes. Vnde si eos cruciet, aut minus dulcis videatur vocalis oratio cum vigiliis, vel lenique potius suavissimae contemplationis quieti vacare, cuius donum a Domino accepere, patienter perferant, certissime

credentes contemplationis dulcedinem sibi
in cælis esse servatam. Hæc Gerson Opusc.
de perfectione religionis. & ibi asserit firma
ac solida & secura religionis fundamenta
in charitate, & prudentia Prælatorum con-
sistere, qui lex viva, & legum mortuarum,
id est, constitutionum mederatores haben-
di sunt.

Vnde quamvis religio una sit in consti-
tutionibus, tamen non debet esse eadem
in earum executione. Nam quid aliud es-
set æquale onus inequalibus viribus &
complexionibus imponere, quam cum bo-
ve & asino, ut aiunt, arare? Ideo acute
debent attendere subditorum ingenia, &
quidcujuslibet natura postulet, inspicere,
ac secundum id moderari regulas in uni-
versum traditas. Debent enim esse, ut in-
quit Philosophus, legum generalium inter-
pretes, juxta id, quod singulis quisque
casus exigere videbitur: quæ virtus, æqui-
tas in Psalmis appellari solet. *Omnia man-*
data tua æquitas. Vnde iurisconsulti sape
dicunt: hoc fieri debet de bona equitate.
Severitas vero in solis ac nudis & genera-
libus legis verbis consistit; quapropter
Prefecti nimium statutorum verbis inni-
entes, jure dicuntur litterales, & quandoque
duri, crueles, & inhumani, qui
non attendunt, quod vulgo dicit solet:
leges cupiunt, ut jure regantur. Vnde
apud Comicum recte dictum est. Sum-
num jus, summa injuria. Et apud Sapien-
tem: Noli esse nimis iustus. Sit ergo in
astoribus zelus cum discretione coniun-
ctus. Nam zelus sine discretione precipi-

eat, discretio autem sine zelo iacet; ut dicit Ben.

Curet etiam pastor ad animi relaxatio-
nies s^epe invitatos trahere, quos indiscreto
fervore in austерitatibus viderit properare.
Nam si hi obstinate renuant, nulla potest
spes concipi de eorum profectu, cum sa-
pientes in oculis suis, & super senes intel-
ligere, nec ullius egere monitu sibi vi-
deantur. Profecto si quis ex his pede uno
esset in cælum sublatus (ut quidam loqui-
tur ex Patribus) rursus deberet in terram
deprimi altero pede: pes enim superbiæ
numquam regnum celorum intrabit. Ideo
Antonius dicere solebat, maximum esse
discretionis signum, maioribus esse subdi-
tum: alioqui qui ratiocinationi suæ plus-
quam maiorum authoritati confiderit, fa-
cillimè corruet. Tu ergo charissime qui re-
ligioni subjectus es, idque potissimum petis
à Domino, ut te in agendis dirigat & il-
lustret, ne speres hoc tibi per Angelum
quasi miraculo tradi posse, sed per Præla-
latum tuum, cuius os observare debes
quasi os ipsius Dei in eo loquentis.

*Quorundam dubiorum resolutio. Te-
nendus in abstinentia modus: vi-
tanda singularitas: in meditatio-
ne corporeis imaginibus non inha-
rendum. §. V I.*

GErson in dicto Opusculo absolutè defi-
nit quædam dubia erga Religiosos.
Primum, an Religioso viribus debilitati
permitti deceat, ut lautiori utatur cibo

quām reliqui Fratres , ut professionis suæ jugum longius producere valeat , ne forte in ægritudinem lapsus deficiat : responderet , id fieri oportere , dummodo absque aliorum Fjatrum scandalō & murmuratione fieri posse appareat . Secundum , An quando tunc licet Conventui , verbi gratia , permittitur Fratribus omnibus infra aduentum sanctæ Crucis cœnare , si plene sentiam me ea cœnandi copia non egere , an abstinenere debeam ? Asserit , non abstinentem , & affert statutum definitum in Capitulo Carthusien . hoc autem , ut in eo Fratre vitetur singularitas , servetur humilitas , aliorum autem indignatio ac murmur extinguitur , faciendum præcipit . *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Meditatio est vehemens animi applicatio ad aliquid utiliter investigandum & *Psal.*
 inveniendum , absque eius exercitatione nemo , secluso speciali Dei munere ad contemplationis perfectionem dirigitur , aut pervenire potest : nemo ad rectissimam Christianæ religionis normam attingit , imò vix se componit : difficile tamen est , ut inquit Gerson , venire quod meditatio ducit . Nam ut res ipsa docet , sàpe meditationis studium in melancholicæ passionis mórbum , ex immoderatione convertitur , aut in diabolicæ illusionis reprobum sensum ex superbia vel meditationis abusu , benè autem & moderatè , ea utentibus facilis fit , atque suavis : veluti pingere ac scribere factu est facillimum expertis pectoribus & scriptoribus , que tamen facilitas non parvo labore & assidua exercita-

tione est comparanda.

Monet præterea Gerson, ut meditantes id maximè caveant, ne efficaciter, fixe, aut profunde rebus corporeis (licet bonis) meditatione inhærent, sed mox evolare studeant ad abstractas considerationes, scilicet, universales , aut spirituales. Ex profunda simulacrorum corporalium imaginatione iadit sœpe vis phantastica , incurritur mania , objiciuntur homini varie illusiones , ita ut multa se videre existimet & audire , quæ tamen non vider , aut audit : ut si dicat videre Christum crucifixum in Sacramento altaris aut cantus beatorum audire : incidit etiam sœpe in vanas ac fabulosas revelationes , immò & in errores erga fidem. Assuecat ergo rei corporalis intuitu ad immensam Dei potentiam , sapientiam , bonitatem , animum attollere . Cavendum etiam est, ne circa amorem decipiamur : contingit , namque (præsertim in fæminis , aut viuis qui fæmineæ sunt complexionis) amorem erga Deum , qui purus & spiritualis esset debet in nobis , falsum esse & carnale. Laudat ipse devotam quamdam fæminam frequenter dicere solitam : Nil est mihi magis suspeatum , quam amor etiam erga Deum , nam cum passionum omnium sit vehementissima , multa discretione eget , & fræno. Fuit enim fæmina , quæ spiritali amori tradi se existimans , nescio quid carnale ac fœdum se pati fatebatur in corpore. Alia vero furioso quodam amore in viros spirituales , & vitæ sanctitate conspicuos ardenter secebat , nec ad illius rapidi amoris moderationem

dérationem ullis monitis retrahi poterat, cum maximo salutis suæ periculo : amor namque ille , si viris libuisset , in turpissimum fortasse finem descenderet. *Hæc Ger-son libro de Simplificatione cordis.*

Numquam autem credat homo se posse proficere , quoisque ex toto corde omnes alios , quibus convivit , & alios quoscumque , scipso puriores sanctiores , & Deo gratiorees reputabit. Heu quām multi intima & occultissima turgent superbia , quā licet se ore peccatores & omnium pessimos fateantur , intus tamen de se longe alii sentiunt. Hæc superbissima temeritas totius cætitatis mater , totius devotionis, fervoris , ac pacis intimæ neverca non aliunde oriri solet , quām ex eo quod nondum homo se vere neverit , sed maxima erga se ignorantis caligine suffundatur. Signum autem infelicissimæ hujus conditionis illud est , si nimis indignetur adversus eos , qui defectum aliquem in moribus objiciant : & hoc est , cur Deus s̄epe aliqui deneget devotionis & contemplationis gratiam , licet intensissime postulatam novit enim ex habi. a gratia gravius quām sine ea superbire.

Liber Canticorum unitivus existit : canitur enim ibi epithalamium , id est , amatorium carmen inter dilectum sponsum , & exoptatam sponsam , ad quem nemo nisi à virtutis purus ascendere poterit , ut in lib. Proverbiorum docetur : & illuminatus certissimo omnium tenororum contempru , ut in lib. Eccl. faustici doce-
tur. Viarum omnium quibus ad Christum

180 SECUNDA PRAS

ducimur, illa præcipua est, sacramentalis confessio teste facta. Si forte objicias, sape in confessâ peccata relabi / saltē venialia, illud Senecæ respondebo: Contra vitia pugnamus, non ut penitus vincamus, sed ne vincamur. Ideo pauci (inquit Gerson) reperiuntur, qui arcem contemplationis ascendant, & illic quiete immorentur, quod non multi sint, qui perfectam abstinentiam & sobrietatem se-
tentur, que non solum debet esse à super-
fluis, sed etiam à necessariis, saltē in principio. Anima enim que de Ægypto tenebroſæ carnalitatis egressa est, ad per-
fectæ contemplationis lumen venire ne-
quit, nisi transeat per corporalis macera-
tionis desertum. Nam, ut ait Gregorius,
nemo potens est apprehendere quod su-
pra se est, nisi occidat quod in seipso est:
afflictio namque corporis animam ad su-
perna capeſſenda stimulat: si enim co-
lumba animæ nullam in carne inveniat
consolationem, ubi requiescat pes ejus, ad
arcam internæ quietis reverti compelli-
tur. Hac corporalis afflictionis via Bern.
& alij ad sublimem contemplationis sedem
pervenire potuere: nos autem miseri, qui
communem cum reliquis in victu vitam
sequimur. communem etiam cum reliquis
divinorum cognitionem possidemus.

Cum Deus sit summum bonum, & uni-
cum, perfectio vero humanæ consistat in
appropriatione ad diuinæ conditiones,
pror et nos primo à malis recedere, ut
bono appropinquemus. Secundo, ab ini-
mis (etiam si mala non sint) abstipere,

ad summa scandere licet. Tertio, à multis (etiam si bona & licita sint) separari, ut simplices & mortui sèculo, illi qui unus est, assimilari valeamus. Hæc Plotinus Philosophus.

*ORDO QVOTIDIANI
exercitij. Cap. XIX.*

Primo præparatio habenda est, quæ proprios multiplices defectus recognites, & commissa detestans, & veniam humiliter postulans ad melioris vitæ conditionem redire policebere. Secundo, laudatio Dei est me itanda, immensæ illius gloriæ causa. Tertio, laudatio atque insimul gratiarum actio pro acceptis beneficiis agenda. Verbi gratia, pro creatione, conservatione, redēptione, vocatione ad fidem, & baptismum, ad pœnitentiam expectatione, multorum commissorum post baptismum remissione, à multis malis præservatione, multarum inspirationum visitatione, sacramentorum ut Eucharistie, & pœnitentie collatione, denique pro gloriæ præparatione. Decem hæc beneficia latissimum meditationi locum exhibent: & cum his simul vitam & passionem Christi meditari poterimus. Quarto, sequitur oblatio ac resignatio: recognitis enim beneficiis apie subsequitur: *Quid retribuam Domino?* offerens te illi & omnia tua, offerens etiam pro te omnia merita, & labores Christi, quæ nobis data sunt.

Ps. 115.

Quapropter æterno Patri ita dicere poteris: Benefac mihi Domine propter merita Filii tui & patris mei, Pater futuri sœculi; in suo enim testamento illorum me reliquir hæredem, permisitque ut pro satisfactionem eorum possem exigere, quā ipse nullam accepit, quod ea non indigeret. Mihi jejunavit, mihi vigilavit, mihi dolores pertulit & opprobria. Quinto, addenda est petitio salutarium, ut charitatis humilitatis, & similium. Petes denique dona actualis amoris unitivi & ut in eius exercitio aliquantulum temporis licet quiescere ardentissime efflagitabis.

Circa horum primum advertendum est, leviora peccata facilius deleri, si culpam agnoscens, humiliter & affectuose ad Deum te converteris, quam si ea morosius pertractans, in eorum consideratione diutius cum pusillanimitate immoreris. Igitur sive gravia sint, sive levia, constanter permane in sancta erga Deum fiducia, projiciens illa in abyssum miserationum eius, ut ibi penitus absumentur & pereant: neque turbaris, si devotionem sensibilem, quam expetis, haqere nequeas. Nam si dolor inspiratione & voluntate manet, si Dominum offendisse displaceat, si doles, quia non plus doleas, si statuis deinceps melius vivere, gratissima Deo est hæc contritio, licet ariditate cordis torquearis. Blosius.

Vnum hoc diligenter curato, cave summopece peccata venialia, quæ ex affectata negligentia proveniunt. Dupliciter namque levia peccata si boniuntur: primo ex occasione & humana dumtaxat fragilitate

qui sic labitur dum liber in semetipso est ,
odit vitia eorumque vitat occasiones : si
vero se offerant , facile aut linguae incon-
tinentia , aut sensuum nimia libertate ,
aut passione stimulante cadit , sed mox ad
se rediens dolet , & omnino aversatur ,
etiam minima peccata , ideo facillime ve-
niām consequitur . Secundo ex affectata ne-
gligentia peccare contingit : qui sic pec-
cat , dum malorum occasionibus sublatis ,
libertate propria utitur , mirum in modum
easdem concupiscit occasiones , illis nimis
afficitur oblectationis causa . & horum dif-
fici iot est curatio : si tamen post admissam
culpam , confessim innovato mentis pro-
posito vere pœniterent , faciliter & ipsi
remissionem obtinere potuissent . Neque
illud prætermittendum est quod quamvis
in inferioribus an ferinis animæ viribus ,
nonnumquam vel vitiosa delectatio ex
prosperis vel inordinata tristitia ex adver-
sis , oriatur ; & quamvis inanis gloriae ,
iræ , vel cuiuslibet vitii impetum in te sen-
tias , quamvis ad obedendum minus pro-
clivis permaneas , id nihil spirituali ob-
sistit profectui , nihil horum vitæ minuit
integritatem , modo in superiori mentis
tatione quietus , imperturbatusque perse-
veres , & Deo plene adhærens , absurdis
passionum motibus non consentias . Cum
sic sollicitaris , existimat te alterius perso-
nam tunc induisse , & non à te ipso , sed
ab alio ad malum stimulari , & illum
quicunque sit derideto . Blosius .

Siscire velis , cur facile pacem amittas

184. SECUNDA PARS.

internam , dicam : Quod spiritus tui pacem in ore hominum , non in conscientiae testimonio , non in Deo corda & renes scrutante , collocaveris. Profecto iam vivens inscola esse posses paradisi , si affectionum tuarum propensionibus renuncians , divinæ voluntati in omnibus quæ erga te ordinat & disponit , voluntatem tuam coaptares. Nil enim aliud te turbat , quam proprius amor , quo te ipsum queris , quo ad te ipsum reflecteris , quo te in te ipso , non in Deo diligis : hic solus turbat animam tuam . ex hoc oritur omnis passio & affectio vitiosa , omnis denique inordinatio & confusio : atque quo magis venenosus hic amor in te extinguitur , eo magis vera filiorum Dei libertas , verusque Dei amor in mentis tuae penetralibus germinat. Quapropter si tibi oranti , meditanti , sacrificanti , aut sacræ lectioni insistenti , aut quædvis aliud pium opus facienti , sapidus ille devotionis affectus non affuit , perge nihilominus inceptra persequi , & concepto desiderio Deo placendi , offerto illi in laudem æternam , sterilitatem tuam & laborem , dicens : Domine sterilitatem & angustiam hanc offero tibi ad laudem & gloriam tuam , atque eam uniri velim unigeniti Filij tui doloribus , quos pro me pertulit. Hæc enim si toto cordis affectu dicas , non minus erit illi grata ariditas tua , quam interne dulcedinis affluentia : immo forte gratior , cum devotio rationalis certior sit & Deo acceptior , quam sensibilis.

Est autem devotio rationalis omne pec-

catur fugere & execrari, voluntatem vero Domini ubique diligere, & amplecti. si hanc possides, nil decesset mercedis tuæ, etiam si illa careas. Fuge nimium animi mæorem, vitiosam animi dejectionem, superfluos conscientiæ scrupulos; perflexas confessionis semel factæ repetitiones, & ceteras huiusmodianimi perturbationes: spiritualem enim profectum nimis impediunt: quos tristitia ac pusillanimitatis laqueos tendere solet diabolus novis in vita spirituali tyronibus: prædicta enim mala omnia producit nimia pusillanimitas, & abjectio timida, qua qui occupatus fuerit variis erroribus involuitur, omnes actiones suas peccata esse existmans. Vnde sit ut in perpetuo quodam angore positus perpetuaque mentis perturbatione fluctuans, se ipsum misere, absque ulla causa sœpe ex-cruciet, quibus merito est condolendum, cum in perturbationis profundum rapiantur, qui tamen si prudentium consilio, potius quam proprio judicio prompte & intrepide vellent acquiescere, facile ab eo mentis morbo liberari possent: quod nifiat, numquam ad illam expertitam mentis pacem cum Deo pervenient: pacem illam iucundam dico, qua mens ad interiora rapitur, & omnium rerum externarum oblitera, feliciter in Domino quiescit, & inter dilecti amplexus sui frequenter ob-dormit.

Nullis verbis satis explicari potest, quantum lætitiae mens in huiusmodi pace percipiat, dum ex deliciarum spiritualium abundantia se ipsam non capit, dum inestि-

mabili dulcedine repletur, ac tota repleta
inebriatur, & inebriata in sanctam adduc-
tur securitatem. Sed heu quamdiu in
hoc corruptibili ac terreno corpore immo-
ramur, non licet diu hac sancta Dei frui
copula: sponsus enim accedit, & recedit:
ostendit se, & iterum abscondit. G quale
præsentium rerum fastidium, qui gemi-
tus, quæ suspiria sanctam animam subeunt
quando ex eo excessu ad se ipsam reverti-
tur: quando ex tantis divitiis ad tantam
inopiam, ex tantis deliciis ad tantam mi-
seriam, ex gratissima spiritus tranquillita-
te, ad tam inanæas distractiones relabi-
tur! Verumtamen hi gemitus, & intima
suspiria, non modicam interim exhibent
spiritui consolationem: immo etiam spon-
sum, ut redditum matureret provocare solent.
Advertendum etiam est, exercitium quod
aspirationibus, ac brevibus & jaculato-
riis præcationibus fit, quovis altero ex-
ercitio ad extirpanda vitia efficacius esse,
ideo in promptu habendæ sunt aliquæ,
quibus mentem tuam ad Deum, quoties-
velis revocare possis.

Sunt tamen in triplici differentia: quæ-
dam dicuntur Deo, quasi absenti, nempe
verba amantis, animum dilecti amore
ardentem significantia, & velut ipsum de-
facie videre appetentem. Qualia sunt:
Quando licebit mihi te videre? Quando
tecum manere potero? Quando mundus
iste mihi filebit? Quando sic in te abscon-
dar, ut à nulla creatura valeam inveniri?
Quando fiet, ut omnes huius seculi vicis-
tudines: & omnia eius impedimenta mi-

qui cessent? Quando erit, ut hæc miserabilis captivitas solvatur? Quando inclinabuntur umbræ & æternitatis dies aspirabunt?

Quandoque formantur tamquam amorous colloquia ad Deum quasi præsentem ut sponsum amantissimum: qualia sunt: O amor, ô refugium meum, ô gloria mea, ô deliciæ, ô thesaurus meus, dulcedo mea, quid velle possum præter te? Quid proderint mihi omnia sine te? Tu solus sufficis animæ meæ. In his non querenda est verborum affectata polites cum Deus eam non querat, sed solum affectus puritatem: ideo licet non ornate quamvis barbare & confuse depreceris, eademque verba crebre repeatas, non minus gratas orationes tuæ existimes: immo vero exorable pectus eius facilius expugnatur, si suavis & ardenter eadem repeatantur. Fidelem tamen animam his exercitationibus deditam perturbare non debet, si forte raro sentiat se intime Deo, ad quem aspirat, copulari: ipse non minus voluntate, sancto que desiderio lætatur, quam si tota amore liquefacta, plene sibi jungeretur. Frequenter namque sublimi ac pura contemplatione suspendi, gratia peculiaris exigit, quam Dominus non omnibus electi conferre dignatur. Præterea anima illa quæ non vita dudum Ægypto egressa est, & quam vitiorum squallor adhuc deuenustat, modestiæ fines caveat transilire, hoc est, non se temere in sacratissimos illos sponsi cœlestis amplexus ingerat, sed prius

188 SECUNDA PARS

ad Domini pedes prostrata, fordes ablueret, formam excolare, habitum compondere, mores corrigere cureret: quæ omnia ubi tandem in melius commutata fuerint, tunc demum liberius (servato tamen liberalis verecundia modo) se erigens, ad sublimiora obsequia æterni Regis affurgat.

Blosius.

Nolito repente fieri summus, nolito potius prævolare, quam progredi, ne torqueat ad cœlestis theoræ sublimitatem pervenire non posse: humilis esto, recumbe in novissimo loco: quod si facias, aliquando dicet tibi paterfamilias: *Amice ascendit superius. Quare affigeris? Quare perturbaris; quod exercitationes quibus alij utuntur, persequi nequeas?* Nil refert: qua via incedas; modo ad charitatem pervenias, ad quam variis viis perducimur, quarum quædam licet alicui sit commoda, non tamen ideo omnibus utilis est: non enim omnibus eadem exercitorum ratio convenit. Eas igitur exercitationes tibi assume, quæ naturæ tuæ congruant, non tam spectans quid, aut quantum alij præfliterint, sed quid aut quantum tu præstare valeas,

Hæc accurate noranda sunt. Si senseris spiritum tuum laßari pulsu sensibilis compunctionis, eam solerter subterfugito. Quando autem devotionis gratia præsens est, cave ne spiritum tuum importune, aut intempestive ad fervoris augmentum impellas, sed placide fac insistas amori. Ne ad magnum & intolerabilem precum numerum quoq[ue]die persoluendum te irrevo-

biliter astringas, quin potius pro affectu tuo minue vel auge exercitia tua, nisi votum aliter facere compellat, aut obedientia: & licet, justis tamen de causis, ea penitus omittas, non ob id nimium angaris animo, sed ubique in teipso liber & tranquillus esse enitere. Sanctum namque ardens desiderium in conspectu Dei, iugoratio est. Si forte dies occurrat, in quo velles pro defuncto diutius orare, aut in alicujus Sancti cultum in oratione persistere, nec ad id otium suppetat: vel si mentis confusione, aut affectus duritiam metuas, si consuetua devotionis exercitia dulcia & te stimulantia omiseris: non ideo oportet ab his omnino cessare, sed satis est, si ea ad vivorum aut defunctorum salutem, aut alicujus Sancti honorem Domino offeras, aut hac intentione perficere statuas: opera enim tua pro tui animi ratione à Deo ipso suscipiuntur.

Nil peragas cum pertinaci propriæ electionis decreto, nec ipsa quidem mentalia exercitia, sed diligenter sancti Spiritus impulsum observato, ita ut prius libito, non autem pro inconstancia, levitate, pigritia, ea mutare, depolare, & resumere liceat. Si igitur ad felicitatem hanc pervenire desideras, oportet ut ab impedimentis transeuntium rerum liberum habeas animum: nam quidquid præter Deum quaeritur, mentem occupat, non satiat. Quare summopere stude, quidquid à Dei amore te avocet, contemnere ac respuere: disce desideria vana expellere, inutiles curas ac sollicitudines rejicere: contepede intempestivæ homi-

num familiaritatis vincula rumpere , &
inordinati amoris nexus erga propinquos,
vel quascumque res alias externas praesin-
dere : denique quaecumque cor tuum irre-
stire valent , aut dissipare , fortius propel-
lere consueste. Ne ab aliquo umquam ex-
ipetas singulariter amari , sed ut Deus praे
omnibus à cunctis ametur , nullius praesen-
tiam magnopere affectes , sed solum spiritu-
ualis profectus gratiam : quamquam nec
sic quidem alicujus praesentia cum vitiosa
animi inquietudine , vel impatientia con-
cupiscenda est. Et quoniam variis viis Spi-
ritus sancti impulsus interiore in hominem
nostrum afficit , diversisque itineribus eum
ad divini amoris thalamum perducit , ideo
oportet ut ad ejus impulsus paratus sis &
flexibilis , ut quocumque voluerit infle-
ctaris , omni prouersus propria eleccione se-
mota. Nam aliquando gratus erit ac dul-
cior , ore proferre quæ oras : aliquando so-
la mente orare commodius erit ac utilius:
aliquando quilibet absque longiori mora
pertransire : aliquando diutius in eorum
meditatione immorari : aliquando suavi
affectu eadem orando repeteret : aliquando
diversis verbis precari : aliquando Psalmi
recitatione , aut alia contemplatione plus
dulcedinis accrescat.

Præterea devotionis suavitatem in ipsis
exercitationibus ne impure quæsieris , non
in ea turpiter conquiescas , sed per eam ad
Deum festinanter progredere : periculosa
namque solat esse spiritualis ingluvies ,
qua aliquis gratiae dulcedine ad sui oble-
stationem abutitur. Anima , quæ vitio hoc

altius est infecta, nequit fidelis & pudica
famula Christi censeri, non enim Deo
gratis obsequitur, sed Dei donum plus
quam Deum ipsum diligit, ideo seruula
mercenaria, non liberalis filia est habenda.
Quod ex eo constat, mox namque cum il-
la sensibilis suavitas nou blanditur, turba-
tur intime: acriter indignatur, consueta
deserit exercitia, & timoris, pudorisque
habenis excussis, externis se applicat con-
solationibus: denique Deo serviet, si ab
eo se sentiat oblectari, alioqui ab eo rece-
dit. Pudica vero Christi sponsa non in
Dei donis, sed in Deo ipso conquiescit:
quare sive Deus internam illam suavita-
tem infundere dignetur, sive aliter dispo-
nat, tranquilla permanens, hilariter suo
sponso famulatur, Dei beneplacitum po-
tius quam voluntatem suam exoptat im-
pleri, inutilem se servam & omni solatio
indignam plene cognoscit, atque ideo spi-
rituales oblationes, quas cum humili-
tate recipit, ad profectum cedunt. Novit
enim affectus illos sensibili plenos amore
ac dulcedine, quamvis plerumque aut fere
præclara signa salutis sint, non tamen in-
dubitata salutis argumenta iudicari debe-
re, nisi Spiritu sancto revelante: nam
aliquando affectiones potius naturales
sunt, quam divinæ, & in corde à Deo re-
motissimo gigni possunt. Blosius.

Idem cap. 27. Canonis. Communes actio-
nes, & ea quæ ad obedientiæ rationem,
vei proximorum necessitates spectant,
semper privatis exercitiis tuis anteponito
aut sic tuus esse desinas, nam vili quoli-

bet opere per obedientiam fideliter peracto, nonnumquam magis in virtute perfectione proficies, quam si sublimia exercitia, propria electione suscipias. Quidquid per inobedientiam facias, totum id à Deo rejicitur, & forte totum in perniciem cedet. Obedias igitur oportet Prælatis tuis, etiam si illi minus recte vivere videantur, nihil penitus sanctæ præferens obedientię, sed in omnibus obtemperans, quæ certe mala non sint. Proprium est sanctorum, inquit Gregorius, aliena bona opera etiam si parua mirari, sua vero lices magna despiceret: reprobis vero è contra evenire affirmat. Consideratio est velut anima fidei, actuans eam, sive ejus actatio, aperit enim & expandit quæ latent: ideo nil confuse, & absque consideratione credendum. Qui velit devotionis calorem conservare, necesse est ut semper sanctis ignem sufflet cogitationibus: nam cum affectuum torrens sensualium nitratur semper illud post se trahere cor nostrum (si sanctæ defint orationes) facilme repescit & alget: quare oportet semper sanctæ meditationis remo in contrarium nitiri. Natura namque nostra instar est navis, quæ quamvis optime compacta sit, & bitumine illita: minutissimis quibusdam rimulis fatiscens, aquam recipit: ideo assidue sentina hæc est nobis exhaurienda: nam noxius hic venalium humor, frequenti compunctionis studio siccandus est. Semper iterum, atque iterum monebo, ne quis sibi persuadeat, contemplationis perfectionem in devotione & amore

ſenſibili , quem erga Deum experimur ,
conſiſtere : nam iſi amor non ſpiritualis eſt
charitas , ſed instrumentum ad illam ; nec
aliquis ſibi arroget , aut glorietur de co-
devotionis impetu , & a ſibus anagogicis :
quoniam hæc naturali exercitatione , etiam
ſine gratia poſſunt comparari . Quām ob-
rem cavendum nimis eſt viris ſpirituali-
bus , ne prima intentio & p̄cipuus illo-
rum scopus fit , ſuavitatem eam conſequi ,
& devotionis dulcedinem , ſed mortifica-
tionem propriam , & reſignationem pro-
priæ voluntatis in divinam adipisci : alias
Dei gratia abutuntur , etiam ſi contingat
eos in die septies rapi . Re ipsa comper-
tum eſt , nihil eſſe ſublimius , dignius ,
dulcius , quām divinæ dilectioni actuali
immorari , ſed omnis diſſicultas in eo con-
ſiſtit , ſi instrumenta media defiſiant , qui-
bus ad eam ſublimitatem actionis uten-
dum eſt : media enī ſunt , quæ ad ea
ſublimia diſponunt , & ut uno verbo di-
camus , cæteros oportet externalium rerum
amotis expellere , ut aut non fiſt , aut ſi
penitus expelli nequeant , ita ordinati
ſint & remiſſi , ut divino amore non offi-
cient . Mīrum quippe eſt quām impotens
ſit animus noster ad duo intense amanda ,
quod patet etiam in amore naturali : nam
ſi mater unum ex filijs diligat , circa alio-
rum dilectionem remiſſior fiat , neceſſe eſt
angustum enim eſt cordis nostri ſtratum ,
nec ſatis potest duos capere amores , ſed
alter illorum tepeſcit neceſſario , ut ha-
bet Eſaias .

QVOD PERFECTIO CON-
sistat in parte affectiva. Cap. XX.

Satis constat Christum Dominum perfectionis viam docuisse: perfectionis, inquam, quæ non solum eruditis, sed etiam simplicibus & idiotis convenire, cum ad eam simplices elegerit, ac dixerit.
Math. 11 *Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus.* Patet autem omnibus, simplices ad partis intellectivæ perfectionem per acutas meditationes & considerationes pervenire non posse: poterunt verò partis affectivæ perfectionē cōtingere per ardentissimas affectiones erga Deum & divina. Hoc ergo primum laboris nostri sit opus, ac ut hæc in nobis germinent, curandum est.

Ad quem affectus ardorem excitandum satis est mysteria fidei simpliciter apprehendere, quod Deus Pater noster sit, quod pro nobis homo Christus factus est, nec tamen hoc pertinet subtilia plene considerare aut scrutari. Verum tamen si affectus durus sit & aridus, meditationibus est excitandus, & eatum frequentia insufflans, donec accendatur: atque in ipsa vehementi inflammatione non in consideratione immorandum est.

Quare spirituales preceptores non prohibeo, qui solum id discipulos suos docere curant, quo pacto meditentur, & meditationum rationem reddere possint, ac ut

novas excogitent. Vnde saepe fit, ut hi potius curiosi aut subtile pre^rdicatores evadant, quam devoti Religiosi: existimant namque plene satisfecisse, si aliquid novi vi meditationis invenerint, qui tamen numquam vel sero ad veram unionem, quæ sola voluntate perficitur, ascendunt. Illud ergo summo studio est eritendum, voluntatem nostram plene Deo addicere tamquam summo parenti & pio benefactori nostro: de meditationibus vero id tantum decet assumere, quantum cuique pro sui ingenij modulo sufficere videatur. Vidimus enim saepe simplices, nuda quadam apprehensione eorum quæ fide credunt, in amorem Domini vehementer excitari: ideo erudiendi sunt, ut Deum sibi in omnibus proponant, & intime erga illum affici studeant, ea vero quæ ad intellectum pertinent, non nimis anxie current, neve spiritum quarundam meditationum finibus astringant, sed libere intra Deum ac divina eum vagari permittant.

Meditationibus namque non aliter, quam lignis utendum est, ad amoris ignem eliciendū, nutriendū, vel accendendum: quæ tamen si illum præfocant, rejicienda sunt. Ideo ea meditationum portio assunda est, quæ ad excitandos affectus sati^s esse videatur: qui si cessent, aut cor repescat, ad considerationum suasionem confugiendum est, Si forte contingat cor in amore accensum affectionis delectatione detineri, non inde amovendum ast, aut derubandum ut ad meditationes se convertat: nam cum in sine quiescat, non de-

cet ad media revocari. Sunt tamen aliqui in rerum speculationem adeo proclives & ad scrutandum proni, ut cum aliquid novi inveniunt naturaliter, delectentur: atque hi hanc viam ad exoptatum finem consequendum esse optimam omnibus persuadere volunt. Quapropter certas praescribunt considerationes infallibiliter exemplandas, cunctos sua naturali propensione metientes: atque inde universalem regulam spiritualis vitae colligere quaerunt, non attendentes ad aliorum unitivum (ad quem Dominus omnes compellat) variis modis pervenire posse, & breviorem ad id esse viam affectuum quam meditationum.

Hic tamen advertendum est, duplices esse considerationes: quedam enim fervidam affectionem praecedunt, atque haec licet difficillime comparentur, tamen illam parere & nutrire soient, quae tyronum propriæ sunt: quædam vero affectionem contra sequuntur, ita ut unitivi amoris fervor eas quietissime ac suavissime pariat. Nam cum cor divino æstuet amore, multa erga Deum, & varia Christi mysteria absque vi aliqua aut laborioso discursu intellectui praesentantur, quæ licet homini postea loqui vel scribere. Cujus generis credo fuisse meditationes Bernardi, quas in oratione habens, fratibus postea proponebat aut scribebat. Præterea existimo consequentiam hanc aquid omnes valere: Petrus caret illa dulcedine spirituali, seu devotione sensibili, ergo est distractus & vagus mente, ac proinde si affectiones amoris exercere velit, id facere non potest.

rit; nisi quadam vi & electione ad singulas adhibita. Dicitur tamen tunc habere spiritualem atque essentialem devotionem, quando dulcius sit illi & jucundius in eo actu persistere, quam ea relieta ad humana gaudia, ac corporis recreations descendere.

Insuper advertendum est meditationem nil aliud esse quam vehementem considerationem ad alicujus rei investigationem assumptam, sive illa sit Christi mysterium, aut Scripturæ locus, aut divinum aliquid attributum. Hæc autem meditatio duplex est, duplum enim finem habet, quem in ipso actu spectare possit. Aliquando namque veritatem scrutari contendit, & hujusmodi meditationi incumbunt qui concionantur, legunt, aut super divinis Scripturis scribunt. Aliquando vero meditans non inquirit veritatem aliquam, aurum sensum antea ignotum, sed affectus dumtaxat inflammationem: juxta illud, *In meditatione mea exardescet ignis, atque haec propria eorum qui Deo sunt deditissimi, habenda est, & simplicibus: atque idiotis convenire potest.* Ideo qui volunt proficere, in electo aliquo mysterio aut passionis Christi actu, vel Dei attributo aciem mentis figant, & ibi insistant necesse est: nec ad alia recedant, donec inflammetur affectus.

Verumtamen quidam experti scripserunt, hoc ultimum meditationis genus potius auscultatione exercendum esse, quam discursu, inquisitione, vel ruminazione, juxta illud *Audiam quid loquatur in me Domini.* Ps. 84.

198 SECUNDA PARS

uus Deus : potius impulsu voluntatis in admirationem, & dilectionem, quam intellectus ad speculationem. Ber. Ser. 62.

D. Ber. *super Canticum præcipit contemplationi intentum divinitatem admirari, non autem scrutari, nam non admirator maiestatis, sed scrutator opprimetur a gloria. Scrutatorem vero illum divinæ voluntatis esse jubet, quomodo scilicet Deo placere valeat, is namque scrutator quantumcumque, sit diligentissimus, non opprimetur a gloria, quin potius in ipsius gloriam tale vertetur scrutinium.* Idem Bernardus de

D. Be. *Scala claustralium, meditationem sic definit: Meditatio est studiosa mentis actionis occultæ veritatis notitiam ductu propriæ rationis investigans. Contemplatio est mentis in Deum suspensæ elevatio æternæ dulcedinis gaudia degustans. Lectio inquirit, meditatio invenit, contemplatio degustat, oratio postulat. Dominus dicit:*

Math. 7 Quærite & invenietis: pulsate & apperietur vobis: hoc est, quærite lectione, invenietis meditatione, pulsate oratione, & apperietur vobis contemplatione. Lectio apponit ori solidum cibum, meditatio frangit, oratio saporem conciliat, contemplatio est ipsa dulcedo, quæ jucundat & reficit. Lectio & meditatio tam bonis quam reprobis communis est, contemplatio vero non, nisi desuper immittatur.

Pf. 78. Illud, In meditatione mea exaradesce i ignis, exponit intelligens de igne desiderij perveniendi ad contemplationem. Bernardus

D. Ber. *Sermone 62. super Cantica: Merita proinde habere cures: habita, data noveris, feu-*

Ecum speraveris Dei misericordiam : & omne periculum evasisti paupertatis, ingratitudinis, & præsumptionis.

De fiducia animæ in Deum : & de signis eius adventus in animam. S. I.

Habere ergo stude merita ad prometendum non ad præsumendum, labete licet præsumptionem non de meritis propriis, sed de Dei ipsius misericordia: sed illud attendere oportet, quod sicut ad meritum satis est de meritis non præsume-re, sic meritis carere satis est ad damnationem. Non tamen cuivis animæ licitum est dicere seu præmittere illum divini amo-ris ructum, *Dilectus meus mihi, & ego illi:* *Cant. 2.* sed tantum animæ illi quæ nil præter Deum amat, vel quod propter Deum dignum fit amari, cui vivere Christus non tantum fit, sed iamdiu fuerit, cuius otium & studium fit, providere Dominum in *ps. 119.* conspectu suo semper, & sollicite coram eo ambulare.

Bernardus *Super Cantic. 69.* & idem *Sermo 47.* hæc scribit: *Dilectus ita sollicitam de anima curam gerit, ita illi invigilat, quasi nil aliud agat: quæ sponsi sollicitudo & studium eam reddit non minus follicitam & ipsi intentam, quam si nil aliud videat, aut curet præter ipsum.* In plerisque autem intelligam mihi a deo sponsum, videlicet, si sensero peccatus & sensum, ad intelligendas scripturas, & sermonem sapientiæ percipiendum aperiri, & eus fructus ex intimis ebullire, aut in-

200 SECUNDA PARS

fuso lumine desuper revelari mysteria , aut certe expandi mihi quām largissimum cœli gremium , & uberrimos inde infundi meditationum imbræ. Item si pariter affluat humiliſ. quædam , sed pinguis intima aspersioſ. devoſio , ut veritatis amor agnita , intimum vanitatis odium in me generet & contemptum , ne forte aut scientia infleret , aut visitationis frequentia extollat. Quod si pro viribus perseverem tantæ dignationi æquis ſemper actibus & affectibus respondere , ita ut gratia Dei in me vacua dici nequeat , tunc etiam mansioſ. divini Spiritus apud me conſicere potero. Quantam existimas ex ea mansione inter Verbum & animam gratiam familiaritat̄ oriri ? Quanta (bone Deus) de familiaritate ſequitur fiducia ! Quæ

Cant. 2. cum ita ſint , dicere non veretur : *Dilectus meus mihi , & ego illi.* Hujus igitur dilectionis gratia ardentí ſollicitudine inquirit quomodo ſponſo placere , & ipſi in omnibus & per omnia respondere valeat. At recedente ſponſo , id est dulcissimæ contemplationis gratia ceſſante , ſponsa revo- cat abeuntem & post eum magnis ardentissimorum deſideriorum vocibus reditum poſtulare non ceſſat. Valida enim vox eſt

Cant. 2. deſiderium , dicens. Reverteſte revertere
Ps. 26° dilecte mi. Et : *Vultum tuum , vultum tuum Domine requiram* , ne avertas faciem tuam à me. Hæc vox continua eſſe non deſinat , cum affectus deſiderij continuus ſemper exiſtat. Profecto ſacramento hæc ſolum illa anima fovetur , quam frequenter ſponsus inviſeſte ſit ſolitus , cui familiaritas auſum ,

cui gustus famem, cui contemptus omnium terrenorum otium dederit. Cui animę ideo sponsus se subtrahit, ut recedens avi- dius vocetur, & rediens fortius teneatur: ideo enim aliquando simulat se longius ire, ut non abeat, sed ut audiat, *Mane nobiscum Domine.* Hęc Bern. Serm. 74.

Quo in loco fatetur Verbum sępe in *Luc. 24.* animam suam descendisse: ac signa adven- tus sui exponens, scribit quę tamen maxi- ma mentis trepidatione palam se proferre ait. Periculum (inquit) meum video, nec illud videns, satis cayeo, vos me cogitis, & prorsus cogitis ambulare in magnis, & in mirabilibus super me. Heu quam vereor, ne subinde audiam: Quare tu delicias meas enarras, & assumis sacramentum meum per os tuum? Excusabit forsan audaciam trepidatio ipsa mea, sed multo potius vestra, si inde proveniat edificatio. Pro- dam igitur ut profim, & si profeceritis vos, incipientiam meam consolabor, si minus confitebor. Dixerat autem superius in fine *Serm. 73.* Ego quid quid illud est, quod in me ipso divino munere experiri li- cuit, coram eloqui non verebor. Nam si postquam auditum fuerit, vile videatur & contemptibile, non tamen id mea referre existimo: scio enim quod spiritualis vir me non despiciat, reliqui vero me non intel- ligent. Igitur quando Verbum ad me ve- nit, unde veniat aut quo vadat, qua in- grediatur, aut qua exeat plane nescio. Item licet ingressum eius, aut exitum num- quam sensi, presentisse tamen fateor. Sentio quando adest, cum abest, affuisse recordor.

202 SECUNDA PARS

Rom. 18

Quæris, cum ita sint *investigabiles vias ejus*, & *vestigia eius non cognoscantur*, unde norim *ipsius præsentiam*: libentissime dicam. ex quam plurimis signis (quæ superius *ex eodem attulimus*) videlicet veniens cœpit evellere, destruere, ædificare, & plantare, arida rigare, tenebrosa illuminare, clausa referare, frigida inflammare, denique mittere prava indirecta & aspera in vias planas, ut bened.

Pſ. 101.

Cetera anima mea: Domino omnia quæ in rame sunt nomini sancto eius. Erant tunc temporis in me penitus compressi carnales affectus: & ex eorum compressione admirabar potentiam virtutis eius: ex meorum occultorum redargutione, profunditatem sapientiæ eius intellexi, ex morum et rerum quantulacumque emendatione mansuetudinem bonitatis eius expertus sum, denique ex renovatione spiritus mei, & interioris (ut sic dicam) hominis decoris eius speciem percipere licuit. Post illius vero dilecti discessum ebullienti olle, signem subtrahas, similis maneo: illi enim langore quadam tepescunt, ac frigescere incipiunt interiora mea, hoc autem signo abscessum eius plene noveram. Cujus discessu necesse erat animam meam tristari, donec iterum reverteretur. Quare

Cant. 2. familiarissimum erit mihi Sponsæ verbum

Revertere dilecte: & quoties elabetur, toties à me repetetur; nec clamare cellabo

Pſ. 50. quasi post abeuntis tergum ardentि cordis desiderio, ut redeat, & reddat mihi letitiam salutaris sui, & reddat mihi se ipsum.

Fateor vobis filii, quod nihil aliud interm-

terim liber, dum abest, quod solum liber: idque postulo ut non in vacuum veniat, sed plenum gratię & veritatis, more nempe solito sicut heri & nudiustertius: ut scilicet sciam exultare cum tremore, ut vere ostendat me mihi, ne quasi insolenti devotione privatim exultare incipiam. Nam ea de causa plerosque devotionis gratia privatos legimus, quod plusquam oportuit sibi in ea complacuisse, ut angelo illi accidit de quo scriptum est: *Perdidisti in decore tuo sapientiam*: quod rotum se non retulisset Ez. 28.
 in Deum, quod se virginibus fatuis similem non cognovisset: quæ non alia de causa stultæ factæ sunt, quam quod se sapientes reputaverint. Ideo illis dictum est, *Nescivos*, prout & illis qui miraculorum gratiam ad suam usurpare gloriam voluerunt. Denique omnia quæ nobis divina bonitas liberali manu contulit, mox amittimus, nisi ea fidelissime reponamus, atque in manibus ipsius benignissimi datoris recondamus. *Veni ergo dilecte & assimilate capreæ*, Luc. 13.
hinnuloque cervorum. In caprea acumen Cant. 8. est visus, in hinnulo hilaritas: veni ergo hilicitatem & lœtitiam, ac mei & tui acutissimam cognitionem simul infunde.

Si forte hæc non intelligis, non mirandum est, nam ut ipse Bernardus in sermone *D. Ber.* 79. scribit, cum amor ubique loquatur, necesse est ut qui horum, quæ dicuntur notitiam velit adipisci, amet: alioqui frustra audiendum, legendumve amoris carmen accedit. Frigidum enim pectus ignitum eloquium capere non potest: ac quemadmodum qui Græce non novit, Graece loquen-

tem non intelligit, sic qui non amat, amoris idioma percipere non valebit: quinimo in auribus eius erit velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

De divino amore qui parit animæ fiduciam. §. 2.

D.Bern. **A** Vdito præterea hæc, quæ de amore
Epb. 9. scribit idem Bernardus *Sermone 83.*
super Cant. Merito dicit Apostolus: *Ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos:* ea namque animæ ad Christum unanimitas per amorem, scilicet ut diligat sicut dilecta est, maritat animam Verbo, nam si perfecte diligit, nupsit. Hæc unanimitas animam accedit, ut ad Deum fiducialiter accedat, & Verbo constanter inhæreat, consulens illum de qualibet re, denique quantum capax est intellectu, tantum desiderio audax existit. Nec obstat dissimilitudo vel imparitas personarum: nam amor reverentiam nescit, qui ab amando non ab honorando dicitur: honoret sane, qui horret, qui stupet, qui metuit, nulla horum penes amantem sunt, amor sibi abundat, amor ubi venerit, cæteros in se traducit, & transmutat affectus. Propterea amans anima amat, & nil aliud præter amorem novit, fertur votis, trahitur desiderijs, dissimilat merita, maiestati oculos claudit, quos aperit voluptati.

Pſ. II. Denique abeuntem sponsum intrepida revocat (nec mirum ponens enim in salutari, fiducialiter agit in eo) & cum fiducia delicias repetit suas, solita libertate non

Dominum vendicans sed dilectum Reverte-
re (inquit) dilecte mihi mirum quippe videri
debet, cur ille a nobis honorandus & me-
rito stupendus amari potius a nobis exigat:
sed cum sponsus & sponsa sint, quam aliam
inter sponsos queris necessitudinem, quam
amare, & insimul amari. Adde quod hic
sponsus non solum amans, sed amor ipse
est. Non memini me umquam leguisse quod
sponsus honor esse veller: dixit enim ali-
quando: *Si ego pater, ubi honor meus?* Sed *Mal. 1.*
cum sponsum exhibeat mutat verba dicens:
Si ego sponsus ubi amor meus? Denique
honor ille, qui non ex amore provenit,
non honor est, sed adulatio, & licet soli
Deo honor & gloria exhiberi debeat, ho-
rum neutrum Deo gratum est nisi amoris
melle condita fuerint, amor per se sibi suffi-
cit, & per se & propter se placet, ip-
se amor sibi præmium est, non requirit
causam, aut fructum postular, fructus nam-
que usus eius est: amo (inquit amans)
quia amo, & amo, ut amem. Inter reliquas
animi affectiones solus amor est, in quo
creatura creatori respondere valeat, licet
non ex aequo: nam si Dominus mihi irascatur
non ideo licet mutuo irasci, in amore
vero non sic: nam cum Deus amet nil
aliud expedit quam amari, & ad hoc potissimum
amit ut mutuo ametur amore, cum
sponsus sit pure amor. Filii huius seculi,
quamvis parentes ament, tamen id faciunt
de hereditatis accessione cogitantes, qui
amor suspectus existit, cum in spe alicuius
rei adipiscendæ collocetur. Purus amor
mercenarius non est, purus amor spe non

alitur, dissidentiae damna non sentit: & hoc vere est esse sponsam: nam sponsæ propria spes & supplex unus est amor. Hæc ille.

Addit etiam amorem hunc tantum serenitatis, quantum sinceritatis habet. Qui vinum vendibile populo exponunt, ut magis venale sit, primum cuilibet petenti poculum gratis exhibent, si plus velis, pecunia presenti poteris comparare: non aliter Dominus initio tyronibus spiritualibus dulcedinis poculum absque eorum meritis propinare solet, postea vero eos in ariditate relinquunt: ut vires suas exerceant, & propriis expensis expeditam ac iam degustatam comparent dulcedinem. *Dilectio* dicitur foris ut mors: nam tanta illius vis est, ut in hominibus viventibus affectus extinguat, quos sola mors delere poterat. Exempli gratia, quidam sunt, quos nisi mors castos, aut humiles reddere posset, hi tamen divino ardentes amore, affectionum ignem divina dilectione sopire valent,

D. Bern

Bernardus Sermone 82 super Canticum dicit: Hypocrisis duplicitatisque virus hereditario iure ad omnem Adæ, & Evæ posteritatem pertinere, cum hi post peccatum duplicitatis vitium induerint & nuditatem suam fuscæ frondis umbra, & verbis excusatoriis tegere conati sunt. Atque hæc hereditas in filios descendit, qui nolunt, aut ægre patiuntur videri id, quod sunt. Ipse etiam alibi scribit: Mali volunt esse, & non videri: boni vero videri cupiunt, cum non sint. Idem Bernardus Sermone 84. Optimus tunc pessimus efficitur, si id ipsum optimum esse sibi ascribat. Dicis, absit à me ut talia

suspicer, optime novi gratia Dei me esse, quod sum. O miser hypocrita, dicas quæsio
ęquum existimas pro donis, quæ à Deo ac-
ceperis inanem gloriam captare? Quod
eum facias, ex ore tuo te judico: servus
nequam es & fur. Nam quid scelestius esse
potest servo sibi domini sui gloriam usur-
pante? Consule ergo Bernardum, qui Ser-
mone 85. sic scribit: dissentire & tibi ad-
versari oportet perpetuo, forti & vigili
lucta adversus te ipsum prelieris, necesse est,
ut innatis affectionibus & inveteratae con-
suetudini valeas reluctari.

Si sponsę sāpe complexum sponsi exper-
te, ac sollicite eius præsentiam requirenti
(de ea autem sponsa superius loquebatur)
aliquis dicat: O peccatrix cur non times
judicis præsentiam? Fidenter respondebit,
non timeo, quia amo, quod ni amarem;
facere non possem: paveant, qui non dili-
gunt. Nam quibus amare non datum est,
quid ni insidias assidue metuant? Ego vero
amans, mutuo me amari dubitare nequeo,
nec eius verebor vultum, cuius dulcissi-
mum senserim affectum. Numquid quæsitus
irascetur, qui contemptus aliquando dissim-
ulavit? Aut repellat inquirentem, qui
contemnentem requivit? Ideo cum illius
clementiam expertus fuerim, fortior ad
eius inquisitionem fio.

Bernard. Ser. 84. Cave ne spiritus tuus
inquietus sit & vagus, ut spiritus satanicus
qui dixit: Circuivi terram & perambulavi
eam. Similis namque huic spiritui redditur
homo suis affectionibus addictus, licet in
Angelorum commercio sit, id est, virorum

internæ quieti , & unioni studentium. Vnde Doctor quidam scribit verū ac prudentem spiritualis doctrinæ magistrum id potissimum enī , & in eo omnem operam & studium collocare debere : nempe in dirigendo ac simplificando discipuli spiritu. Discipulus item intelligat , necesse est , in ea cordis simplificatione sitam esse omnem sui profectus spem . ideoque ab eo frequenter debeat quererere præceptor : Quid hoc temporis articulo cogitas ? Quæ cogitatio subit quando in hortum te confers. Ut pro discipuli responsione plene intelligat , quid providendum sit erga illius commodum , quod si faciat , assimilabitur vigilanti & provido pastori , qui gregem suum dicit ad interiora desetti. In eo qui in disciplina spiritualis virtutē velit proficere , ante omnia dirigendum est cor , quemadmodum in sui compositione corporis primo formatum est.

D. Bon. Nam juxta D. Bonavent. sententiam omnis exterior vagatio ex internā dissolutione promanat , ideo radix est prius extirpanda ut ramus inde proveniens sterilescat. Caveat Magister in compositione oculorum & manuum discipuli dia insudare : existimat enim tyro in ea exteriori compositione totum verti negotium , unde sæpe fit ut ad eam se convertens , quæ præcipue curanda sunt , negligat.

De privato & pravo amore qui in contemplatione dulcedinem querit. §. 3.

Doctor quidam qui in spiritualibus exercitiis multos progressus fecerat , scri-

bit, se post multam profundam considerationem, & experientiam re ipsa comperisse nil maiori studio in Religionibus curandum esse, quam ut tyronum seu novitiorum magistri sint inter omnes probatissimi, & in spiritualibus expertissimi. nam nisi optima educatio in principio adhibetur, sit ut quam plurima immedicabilia mala subsequantur. Tyronibus namque praceptor o-
pus est, qui spiritualis vita optime noverit fundamenta substernere, & hoc proprie est ambulare in spiritu, ut cum discipulus verbo uno tentationes suas, & spiritualia dubia significare voluerit, confessim ipse intel- ligat quæ ille satis explicare nequit: imo inde conjiciat tentationes sibi non explicatas. Et si ad hoc plures magistri non inveniantur, unus aut alter si sint, per conve- nitus ad hæc docenda circumferantur.

In hoc cognoscere poteris, an quilibet proprio ac privato amore spirituali quieti ac devotioni sensibili inhæreat. Si forte eveniat, ut necessitas frarris contemplatio-
nis dulcedinem relinquere postulet: con- templans vero prætermisso charitatis actu, qui ad utilitatem proximi spectet, devo-
tioni sensibili insistat, hic potius se ipsum quærere, quam Christo velle placere dicen-
dus est. Hęu (inquit Grego. in fine Moral.) D. Greg
quod rectam intentionem nostram (quæ so- li Deo placere appetit) nonnumquam in- tentio minus recta (quæ de Dei donis pla- cere studet hominibus) comitatur. Si au- tem divinitus districte discutimus, quis in- ter ista remanet locus salutis? Eadem namque intentioni, qua Deo placere cupio,

210 SECUNDA PARS

nescio, quo pacto laudis humanæ intentio se latenter immiscet.

Si infantulus ad matrem confugiat, dirum aliquid perhorrescens, vides quam affectuose quam pie illum excipiat, brachia extendens, illum amplectatur, & ubera retegens, illum lacte foveat, faciem suam infantuli faciei dalciter apponat:

longe dulcius (mihi credito) occurrit

Ezai. 66: summa bonitas ijs, qui illius causa affliguntur, iuxta illud. *Ad ubera portabimini,*

& super genua blandietur vobis. Doctor quidam hac utitur similitudine: Si quis tibi in octo dies commodaret equum, ut libere eo utereris, tu tamen toto illo dierum spatio equo non infideres, sed ipsum in stabulo ferocire permitteres, fortasse cum evitare velles sessorem non pateretur: ideo tu si stimulatum te sentias spiritualium exercitationum desiderio, aut pro Deo aliquid patiendi, aut in fratrium utilitatem concionandi, ni ea deideria, quamdiu stimulant, exequaris, auferetur à te talentum, nec iam poteris, q od prius poteras, vel saltem longe difficilius, ita ut lucerna illa ardoris extincta, in tenebris manere contingat. Obedienter igitur auscultato spiriti & conscientiae stimulanti ad opera indubitanter bona, ali qui à multis bonis proculdabio cades, ut dicit Chrysost. Heu (inquit Bonavent) quantopere dolendum est, monachos quosdam ægre ferre in domo Domini contemni, qui domi suæ non nisi contemptibiles esse potuerunt.

D. Bon.

D. Ber. Bernard in 5 ad Eugen. Toties peregrinatur consideratio nostra, quoties ab ætere

nis ad inferiora descendit intuenda, vel providenda: quando tamen per hæc illa requirit, non procul exulat, sed repatriat. In hac valle lachrymarum moramur, in qua caro regnat, consideratio exulat; in qua sensus corporis vigent, mentis vero occlusus caligat. Sunt qui gradum sibi in rebus sensibilibus constituunt, ut ad invisibilia ascendere valeant; longe tamen ille felicior qui rerum & sensuum usu spreto, quantum humana fragilitas patitur, non ascensoriis gradibus, sed inopinatis excessibus ad sublimia illa interdum contemplando evolare consuevit. Proh dolor! Quorsum affectus nostros cœno immersimus? Quare timemus quæ non oportet, amamus quæ non decet, dolemus vane, gaudemus futilius: Et hoc est in causa quare libere, volare non liceat: nec Deum hic comprehendimus (eo modo quo fieri potest) nisi sancti simus, ut cum omnibus sanctis eum comprehendamus, ut inquit Apostolus ad Ephes. 3.

Si queras qua ratione sancti comprehendant, dicam: Si sanctus es iam comprehendisti, si minus, esto, & tuo scies experientio: sanctum autem facit affectio sancta, & timor Domini sanctus & sanctus amor. His duobus ultimi perfecte ornata mens velut à duobus brachijs dilectum complectitur, astringit, & tenet: & ait *Tenui nec dimittam*. Comprehendis autem timore sublimitatem potentiae Dei, & ipsius sapientiae profunditatem. Quid enim tam timendum quam potentia cui resistere non possis, & sapientia cui non valeas abscondi: amoris

212 SECUNDA PARS

vero brachio comprehendis longitudinem
æternitatis, & latitudinem charitatis eius.

Quid tam amabile quam æternus amor. Ecce iim utcumque intelligis illud Apostoli:

Ad E- *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis,*
phe. 3. *quæ sit longitudo latitudo, & sublimitas,*
atque profundum. Hæc Bernard. & subiungit: Stupeamus ad sublimitatem potentie,
paveamus ad iudiciorum profunditatem,
æstuemus ad latitudinem charitatis, susci-
neamus considerantes longitudinem æter-
nitatis. Quando Dominus cor visitat devo-
tionis sensibilis stimulo aut fervore aliquo
illum prompte decet arripere, arreptum
blande fovere, & ferventissime insufflare
ut diutius duret. *Gregor. in Epist. 27. lib.*

D. Greg 6. *rogatus ut quibusdam Monasterijs aliqua*
spiritualiter scriberet, renuit, dicens: Monas-
chi qui per compunctionis gratiam sa-
pientiae fontem intus habent, nostræ siccita-
tis guttulis foris non egent: nam quemad-
modum in paradyso pluvia non fuit, sed
fons de medio ejus ascendebat, qui irriga-
ret faciem terræ: ita animæ quæ per com-
punctionis gratiam aquæ vivæ fontem in
semeripsis habent, alienæ lingue pluvia non
indigent. *Gregorius in ultimis verbis Pasto-*
ratis. Plerumque omnipotens Dominus re-
ctorum mentes quamvis majori ex parte
perficit, imperfectas tamen in aliquibus
esse permittit, ut licet miris virtutibus ru-
tilent, imperfectionis suæ rædio tabescant, &
de magnis se non extollant, dum adhuc
contra minima nitentes laborant: denique
cum extremæ vincere non valeant, de præ-
cipuis actibus superbiae non audent.

*QVO ANIMI SENSV. AD
divinum sacrificium suū acceden-
dum. Cap. XXI.*

Tria offert Deo sacerdos in Missa: Primum, corpus, & sanguinem Christi, quæ sunt ibi realiter contenta. Secundum, offert passionem Christi, id est, externa quæ pertulit supplicia, & mortem denique ipsam, & hæc non sunt realiter contenta, sed representata tantum. Tertium, offert totam Ecclesiam cum omnibus donis suis, & hoc est sacrificium spirituale.

Cum sacerdos pure liber est a mortali peccato, & nullum habens impedimentum, non ex reverentia, sed ex negligentia celebrare omittit, runc quantum in se est, privat Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, justos subsidio, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, scipsum remedio contra quotidiana peccata & infirmitates, denique sponte divinum elevat cultum, latram denegans Creatori. Celebrato sabbato in corde tuo ab omni cura & cogitatione, considera odoriferam Crucis oblationem, & cogita idem odoris esse in oblatione tua ex re oblata: quare cendum est, ne ex operantis parte puteat. Accedens igitur ad hoc sacrificium celebrandum, rectifica in primis intentionem tuam, scipsum scrutans, quo desiderio accensus accedas: nam si lucri, favoris, consuetudinisve causa commotus advenis: vae tibi, & vae omnibus, quorum non parvus est nume-

114 SECUNDA PARS.

rus, qui ad Sacerdotium promoveri student, non ut cælestem, sed ut terrenum panem inquirant & pro ambitione sua ditari possint de Christi patrimonio, ideo vœ vœ.

Trahanter igitur desideria hæc: Primo, peccatorum quibus morderis purgatio. Secundo, tuarum ægritudinum curatio. Tertio, desiderium alicujus gratiæ aut spirituallis beneficij impetrandi. Quarto, ut calamitatem aliquam qua opprimeris subterfugere possis. Quinto, ut gratias agas pro beneficiis omnibus, tam communibus, quam privatis. Sexto, compassio proximorum, vivorum & defunctorum. Septimo, laudum Dei & sanctorum suorum commemoratio. Octavo, id intensissime postulare, ut Christus fervido amore visceribus tuis uniri dignetur, ut ardentius appetas augmentum gratiæ, purificationem ab omni carnis inquiumento spiritus, & ab omnibus tentationibus & periculis libertatem. Admirare, stupe, datam tibi potestatem quotidie operandi, quod semel Christus fecit in cœna Meditare sacrificij efficaciam, recole diligenter illud: *Hæc quotiescumque feceritis, &c.* Cavebis autem summopere solum in eo sacrificio spiritualis dulcedinis ibi datæ gustum attendere.

Gerson super Magnificat ita scribit: Celebraturus non tant⁹ inquit an sibi deatus, recollectus, ac tranquillas videatur, quam si præcepta Domini servaverit & servare proponat: si vero ad hæc spiritualis dulcedinis stimulus senserit, gratissime recipiat. Immediate ante communionem die mentaliter: *Domine, quis tu, & quis ego*

sum, ut ausim te mittere in fœtidum & olio-
dum corporis atque animæ meæ sterquilini-
um. Quare me formasti, ut tibi injurius
esse possem? Mille enim annos recte vitæ
non æque sufficere ad tam nobile sacra-
mentum, pro ejus dignitate, profiteor perci-
piendum. Quid ergo miser faciam qui quo-
tidie delinquam: & in peccatis perseverem?
Christi doloribus summe condolens, ante
illum te ipsum vilifica, & coram ipso effun-
de animam tuam:

In fine, idem beatus Bonaventura his *D. Bon.*
utitur verbis: Si post communionem, re-
fectionem aliquam spiritualem non sentias,
non leve indicium est spiritualis ægritudinis
vel mortis. Ignem posuisti in ligno & non
calescis? Mel habens in ore, non sentis
dulcedinem? Depravatae valetudinis cer-
tissimum id esse signum ne dubites. Ad si
sentias spiritus lætitiam: attendas quælo,
quanti te beneficijs cumularet, si vitam
corrigeres: qui te in ea vitæ conditione
manentem, tantis bonis sollicitare non
cessat. Et certe mirandum est, quomodo
post hujus suavissimi cibi perceptionem rur-
sus ad degustanda stercora revertaris: hoc
est, erga aliquam creaturarum afficiaris.
Stude pro viribus conscientiæ puritatem, &
actualem devotionem acquirere, attende
mensam illam esse delectabilem simul &
terribilem, tremendam & jucundam: ideo
ama, time, tremere, & fide. Excerpta ex
opus. D. Bona. de præparatione ad Missam.

QUADRIPARTITA EXERCITATIO INTERIOR. Cap. XXII.

Ephes. 3 Lectamus genua cordis cum Paulo ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut per ipsum corroborati in interiori homine possimus comprebendere cum omnibus Sanctis, quae sit longitudo, latitudo, sublimitas, atque profundum. Quadripartita namque est exercitatio interior. Primo exploranda sunt interiora nostra atque profunda, qualiter a Deo formata sint per naturam, deformata per culpam, reformata vero per gratiam. Secundo, reflectendus est contemplationis radius ad exteriora nostra cogitanda: instabilis enim est & fragilis omnis humana opulentia & dignitas. Tertio, meditari oportet inferiora nostra, scilicet mortis necessitatem, judicij severitatem, gehennæ acerbitatem. Quarto, erigendi sunt interiores oculi ad eternam iam ac perpetuam felicitatem. *Ex soli loquio D. Bonaventuræ.*

DE VARIIS CONTEMPLATIONIS GRADIBUS PER EA QUAE SUNT EXTRA NOS, INTRA NOS, SUPRA NOS. Cap. XXXIII.

O Ratio mater & origo est omnis affectus sursum in Deum, atque insimul scaturigo veræ contemplationis, quæ est simplex Deitatis intuitus cum admiratione & suspensione, quod sic patebit. Summum bonum: cuius fruitio beatos nos efficit, est

supra nos : igitur nemo ad hanc fruitionem summi boni pertingere poterit , nisi supra seipsum ascendat : supra nos autem extollit non possumus , nisi vi superioris virtutis nos extollentis , quæ auxilium divinum propriæ est . quod dari non solet nisi humiliter postulantibus . Atque ea de causa Dionysius in lib. de *Mystica Theologia* , volens nos ad mentales excessus instruere , præmittit primo orationem , dicens : Oremus , id est , dicamus ad Dominum : *Deduc me Domine Ps. 85.*
in via tua, & ingrediar in veritate tua. Orationi adjungendæ sunt binæ famulæ , quæ eam assidue comitantur , atque hæ sunt , conversatio sancta , & meditatio perspicua ; quibus omnibus facile erit ad contemplationem ascendere . Primo enim orandum est . Secundo , sancte vivendum . Tertio , meditationibus insistendum .

Docet etiam paulo inferius tres gradus , quibus ascendere possumus ad contemplationem . Primus , per id quod est extra nos , id est , per mundum sensibilem , in quo eluent vestigia Dei . Secundus , per id quod est intra nos , id est , per imaginem Dei naturalem reformatam . Tertius , per id quod est supra nos , nempe per Deum ipsum . Vbi primo occurrit contemplandum ipsum esse Dei purissimum , quod non potest intelligi non esse , nec cogitari tamquam ab alio acceptum , sed necessario intelligitur esse primum eternum , simplicissimum , actualissimum , denique perfectissimum . Execunda igitur est cæcitas intellectus nostri variis sollicitudinibus & phantasias distracti , cui non liceat hoc ipsum esse , per quod omnia

videt, sine quo nil cognosceret, acutissime considerare. Similes enim sumus homini qui cum intentus maneat ad varios colores videndos, non tamen lucem ipsam considerat, qua ad videndos colores utitur: atque si eam absque coloribus videat, nil videre existimet: ita & intellectus noster circa particularia intra occupatus, non advertit ipsum esse, quod tamen primo sibi occurrit: vidensque lucem illam purissimam, nil plane se intueri opinatur, non intelligens ipsam purissimam lucis caliginem esse summam mentis nostræ illuminationem: Hoc esse considerato fit transitus ad ejus participationem ad intra in Trinitate personarum.

Deinde concludit quomodo post omnes has intellectuales operationes, oportet ut superius ascendamus secundum affectum, quod fit, cum relictis illis apex affectus totus transfertur, ac transformatur in Deum, quæ transformatio mystica est, & secretissima, quam nemo novit nisi qui accipit, nisi qui appetit, non appetit nisi quem sancti Spiritus ignis medullitus inflamat, quem Christus misit in terram. Quapropter parum studendum est inquisitioni, multum unctioni, parum lingue, plurimum internæ lœtitiae, parum verbo & scripto; totum Dei dono. Si nosse velis, quomodo hæc fiant, interroga gratiam, non doctrinam: desiderium, non intellectum: orationis gemitum, non lectionis studium: sponsum, non magistrum, Deum, non hominem: caliginem, non claritatem: non lucem, sed ignem penitus inflammantem, & in Deum

ardentissimis affectibus transferentem : qui
ignis est ipse Deus. Sed quia scriptum est.
Non videbit me homo & vivet : moriamur & Exod.
ingrediamur caliginem : imponamus silen- 33.
tium sollicitudinibus & concupiscentiis ac
phantasmatibus, ut cum Christo crucifixo
transire possimus ex hoc mundo ad Patrem.
In principio Opusculi quod Paruum bonum di-
citur, ita scribit : Re ipsa expertus sum, in
otio æterni amoris affluentia non aspergi,
nec etiam dum corporaliter gravabar , &
præ itinere fatigabar , specialem illum ar-
dorem sentire non poteram , immo cum in
omnibus his frigescerem , postpositis teli-
quis quibus exterius detineri possem , Sal-
vatoris solummodo mei aspectibus assistere
contendi , & in eius odoribus immorari. Ex
D. Bona. itinerario mentis in Deum.

DE SEPTEM ITINERIBVS æternitatis. Cap. XXIV.

S Eptem sunt itinera ducentia ad æterni-
tatem. Primum, æternorum recta inten-
sio. Secundum, æternorum studiosa meditatio.
Tertium, æternorum purissima contemplatio.
Quartum, æternorum charitativa affectio.
Quintum, æternorum secreta revelatio. Sex-
tum, æternorum experimentalis degustatio.
Septimum, æternorum Deiformis operatio.
Ad hæc itinera compellat Dominus ani-
mam , dicens : *Surge, propera columba mea* Cans. 2.
(spiritu simplificata) amica mea , surge , &
propera ; jam hiems peccati ac frigoris tran-
sift ; imber curarum distrahentium recessit :
jam venit vernum tempus flores producens,

tempus amputationis eorum , quæ superflua sunt , tandem appropinquavit . Omnia hæc itinera abscondita sunt superbis sapientibus , & mundi hujus prudentia turgentibus . Incurvati , inquit , sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius .

Primum & secundum æternorum rectæ intentio & meditatio. §. I.

Greg.

PRIMUM igitur iter merito recta intentio dicitur : nam ut dicit Gregorius in *Moral.* Vigilanti cura in omnibus operibus intentio nostra pensanda est , ut nil temporale in his quæ agit , appetat , sed omne id in æternitatis soliditate figat : ne si extra æternitatis fundamentum actionis nostræ fabrica erigatur , totum opus redigatur ad nihilum : nam quælibet opera licet summa ; frustra fiunt , si cordium intentiones extra æternitatis certitudinem deflectuntur .

Richard.

Sequitur secundū iter , stabilita enim mente in hac recta intentione , emergit cōtinuo studiosa ac fervens meditatio , qua vehementer insistimus ad inquirendam & investigandam veritatem . Differt hæc à cogitatione , ut scribit Richardus , quod cogitatio vagis motibus ad diversa spatietur : meditatio vero ad unum tendat incessanter : ideo cogitatio absque labore fructu caret , meditatio vero licet laboriosa fructu affluit . Præterea sciendum est , Dominum sæpe & multi pli- citer alloqui interius inspirationibus ac il- lustrationibus ipsos meditantes , quasi illos

laborantes & ex itinere fatigatos reficere
 velit : aliquando vero arguit & comminatur
 Dominus , ut cum dicit : *Si quis in me non*
manserit ; mittetur foras sicut palmes : ali-
 quando docet , suadet , pollicetur , consola-
 tur : & sic alloquenteum Dominum alloqui-
 tur etiam anima humiliter ac reverenter.
 Ut enim ait Bernard. *super Cantic.* Sicut D. Ber-
 dominus & Moyses mutuo ac familiariter
 quasi amici loquebantur : ita Deus ani-
 mam , & anima ipsa Deum suavissime allo-
 quitur. Lingua Verbi , inquit , est favor di-
 gnationis , lingua animæ est fervor devo-
 tionis : qui hac caret , elinguis est & infans ,
 & nullum potest illi esse colloquium cum
 Verbo Dei. Cum Verbum loquitur , fieri
 nequit , ut anima eius sermonem non sen-
 tiat : sermo namque Dei vivus est & efficax :
 nec etiam cum lingua animæ loquitur , po-
 test non exaudiri ab eo , à quo ad loquen-
 dum inovetur. Verba autem anime ad
 Deum , ferventia sunt desideria (*deside- Psal. 9.*
rium cordis eorum audivit auris tua) ut scri-
 bit Gregor. admiraticnes , filiales timores ,
 nostræ vilitatis perfæctæ recognitiones , &
 similia. Insuper advertendum est , divinam
 allocutionem semper meditationem no-
 stram præcedere : non enim nisi divina ins-
 spiratione perculsi , meditari possumus , quia
 hominis cor nisi à Deo juvetur & illustre-
 tur , semper phantasias patietur. Nisi ergo , *Ri-*
 ait Richard. divina inspiratio ad meditatio- *chard.*
 nem mentem nostram excitet , exponens
 quid , quando , & qualiter sit meditandum ,
 humana meditatio futile remanet & vana :
 in ea namque non exardecit ignis devotio-

nis, sed vanitatis. Divina ergo allocutio inchoat, instruit, & perficit meditationem nostram: in ea meditatione quamplures nuncios à dilecto nostro venientes accipimus, qui nos de agendis juxta Domini beneplacitum, aut cavendis plene instruunt.

Tertium aeternitatis iter contemplatio. §. II.

Sequitur tertium iter, quod est contemplatio, quæ meditationi non aliter confertur, quam terminus ad quem, seu quies ad motum. Meditatio enim est investigatio & inquisitio veritatis aeternorum cum magna animi industria, qua durante nondum anima fugitur in aeternis. At cum homo meditans, quod quærebat invenit, quiescit in eo cum admiratione & mira jucunditate, ac cum dicitur contemplari. Quare meditatio ad contemplationem non perveniens, imperfecta manet & minus utilis. Hoc ex Rishardo.

Diffinit enim contemplationem esse liberam intellectuē in aeterna spectacula directam, ac cum admiratione suspensam. Dicitur autem libera quod immunis sit non solum à pravis affectionibus, & vanis cogitationibus, ac quibuscumque temporalibus imaginibus, sed etiam à discursibus & inquisitionibus bonis, cum jam quiescat in simplici aeternorum intuitu, dulcissima dilectione & experimentali suavitate plenè delibata. Tanto autem anima diutius in hac felici suspensione perdurat, quanto plus à retrahentibus removetur, ac elongatur.

Importare etiam solet suspensio violentam quamdam elevationem supra naturæ limites / sunt autem contemplantium mentes quasi specula terfa radios solares à fonte luminis descendentes recipientia) quæ ex tribus provenire solet : quandoque ex admirationis magnitudine ita dilatatur, ut semetip-
sam non capiat, sed supra se elevata, in alienationem transeat. Dicitur etiam ex magna devotione mens supra se extolli , quando tanto cœlestis desiderij Igne succenditur , ut amoris intimi flamma ultra humanæ naturæ portionem excrescat , quæ animam ad instar ceræ liquefactam à pristino statu resolvat, & quasi fumum attenuatam ad superna velociter emitat. Tunc vero maxima admiratio-
ne anima supra se effertur, cum divino irra-
diata lumine , & summæ pulchritudinis ad-
miratione suspensa , tam vehementi stupore concutitur , ut à seipsa funditus deturbetur , ac in modum coruscantis fulguris ex sui ipsius despectu ad ima dejiciatur : Quo sit ut sublimius & celeius per summa desideria illæso intuitu efferatur. Ex magnæ autem exultationis ac iucunditatis vi mens supra se rapitur , quando intima illa æternæ suavitatis abundantia plene ineptiata , quid sit , quid fuerit , penitus obliviscitur , & in alienationis excessum præ gaudij sui nimicte producitur. Hæc Richard.

Vnde Origenes super cant. sic scribit : *Origen.*
Contemplantem verum & jubilantem per-
fectum, te judico, si primo te perficiat actio,
id est , si sis mortificatus , & in virtutibus
exercitatus , si rationabilia celeri motu per-
curras , si intelligibilia illuminata fide cog-

noscas, si in primo vero & summo bono intellectiōnem & voluntatē tuam defigas; inde fugens, quo teneritudinem tuam nutritias & bibas, unde gaudias, haurias, unde non deficias.

Vt autem facile cognoscas, quod discri-
men sit inter contemplatiōni intentum, &
sanctae actioni studentem, attende quæso
verba Bernard. Ser. 41. *Super Cant.* Cum
anima, inquit, in actione sua non in aliud
quām in Deum tendit, quamvis illud Dei
causa faciat, non tamen hoc dicitur Mariæ
otium, sed Marthæ negotium, quæ adhuc
sollicita est, & turbatur erga pluīma &
nequit terrenarum actionum vel teñui pul-
vare: non resperti, quem tamen facile in
hora sanctæ devotionis exterget. Itineran-
tes in vita activa facile turbantur, contem-
plativus autem solum in Deum totis animæ
viribus properans, non turbatur, sed potius
fovetur, & miris consolationibus enu-
tritur: sublimes enim habet delectationes,
sicut illuminationes contemplantium vita.
Oportet tamen ut prius sis Iacob luctans,
quam Israel Deum videntis, ac dicens: *Vidi*

Gen. 28^o Deum facie ad faciem. Quæ verba exponens Hugo de Clauſtro animæ, sic scribit:
Tunc ex Iacob fit Israel, quando post bona
actionis labores ad contemplatiōnis lucem
pervenire datur. Caiet. 22. q. 18. art. 3.
dicit ex B. Thon e sententia, tria esse quæ
in contemplatiōnis progreſſu servanda sunt:
Acceptio principiorum: Deductio ex illis
ipsa contemplatio. Ad primum pertinet au-
ditio, lectio, oratio. Ad secundum medi-
tatio, consideratio, speculatio. Tercium

est ipsa contemplatio cum subsequenti admiratione.

*Quartum aeternitatis iter charitas, &
de variis signis, & gradibus
charitatis. S. 3.*

Quartum iter est (ut redeamus unde digressi sumus) charitativa affectio , quæ immediate sequitur contemplationem , quæ ad magis intima & secretiora descendit quam speculatio : eo enim ingreditur quod nullus scientiæ , aut speculationi aditus patet . Nemo autem scire poterit , an charitate m habeat , nisi per signa & coniecturas quæ sunt indicia charitatis . Incipienti sunt contrito , delectatio in audiendo verbo Domini percepta , promptitudine in bonis operibus , tristitia de defectu spirituali proximi concepta , & laetitia de profectu spirituali fratris proveniens . charitatis proficiunt signa hæc sunt , iusta & frequens conscientiæ examinatione de peccatis venialibus : nam fervori charitatis obsistunt : at proficiens charitas omnes has paleas exurere suo nititur calore . Secundum signum concupiscentiæ temporalium rerum diminutio . Tertium , diligentia in exercitiis spiritualibus internis , sicut etiam exteriorum sensuum exercitationes vite corporali . signa sunt . Quartum , studiosa mandatorum Dei observatio . Quintum si Dominus se tibi revelat , juxta illud . *Iam non dicam vos servos . Vnde Richard scribit : Certissimum tibi signum sit , quod dilectum tuum Richard*

226 SECUNDA PARS

D. Aug. minus diligas, & ab eo minus diligaris ; si ad theoricos excessus vocantem sequi nondum merueris. Signa vero charitatis perfectæ in via hæc sunt. Primum quando quis paratus est, si ita necesse sit, pro proximi salute mortem subire, ut scribit August. super Epist. Ioannis. Secundum, inimicum diligere, & Dei ipsius causa illi benefacere ut idem August. scribit in Enchiridio. Tertium, aduersa omnia non solum patienter, sed etiam gaudenter suscipere : charitas namque perfecta hominem reddit adeo a sensibus alienum, ut æque prospera ac ad D. Gr. versa contemnat : juxta Greg. sententiæ m Cant. 8. super illud, *Fortis est ut mors dilectio*, Quartum, si homo præsto sit omnibus propter Christum renunciare, ut liberius charitatis ardoribus vacare possit, atque omnia præter Deum veluti stercora reputare videatur. Quintum nil aliud quam Deum solum timere, hoc est, non homines, non poenas, non tormenta formidare. Hæc signa externa sunt, & quæ exterius conspici possunt.

Sunt præter hæc alia quinque interna : Primum, profunda & intima suspitia mentis, quando memoria dilecti sui tangitur : sunt enim quasi nuntia amoris fervida, donec dilectum videat. Secundum, sublimia & ardentissima desideria videndi Dominum ac molestissime ferre vitæ præsentis pondus. Tertium, cogitationes erga omnia temporalia anuidæ : fastidiū namque terrena omnia, solis aeternis invigilans. Quartum, tedium quod ex expectatione concipitnam perfecte amanti mora quæ ibet longa est, & expectatio onerosa : acerbum enim existimat.

existimat cruciatum cogitationum quæ non
sint amoris. Ut enim scribit Linconen. su-
per lib. cœlest. hierarchie. Amore nil est ve-
locius , nihil acutius , nihil subtilius , ideo
quiescere nequit , donec in intimum dilecti
pectus descendat : & si quando à cursu suo
retardari contingat , quo minus ad dilectum
ascendere valeat , mirum in modum ang-
etur atque affligitur. Quintum , affectiones
extaticæ : Est autem exta is mentis excessus
nam cum amor non permittat amantem sui
juris esse , sed in amatum transformari cogat
ideo sœpe producit excessum mentis suspen-
se , & in dilecto absorptæ,

Dicendum aliquid hoc loco videtur de
charitatis gradibus. Primus est , charitas vi-
tans omne mortale. Secundus , charitas in-
defessa studens mediis omnibus adhibitis
proficere. Tertius , charitas infatigabiliter
adhærens , qualis est contemplantium , qui
affidit ad contemplationem & amorem ar-
dentius properant. Quartus , charitas insu-
perabiliter difficilia omnia & adversa vin-
cens , & morte ipsam si opus sit. Quintus , cha-
ritas insatiabilis , inextinguibili siti ardens
ad Deum , in nulla alia requiescens , quæ
cor medullitus transformat : quapropter
amor violentus dicitur : atque huius affig-
nat Richard. plures gradus.

Lincon.

Richrd.

Primus violenti amoris gradus est . amor
vulnerans. Dicitur autem cor amore vulne-
ratum , quando amoris sagita transfixum ;
intime ardet , astuat , anhelat , gemit , sus-
pirat , non se cohibere valens ob amoris
vehementiam. Vnde etiam fit , ut sœpe pal-
lescar , ac pœ amore tabescat. Secundus

L

dicitur · amor ligans , videlicet quando ani-
mus ita Dei amore astringitur , ut nihil a-
liud meditetur , aliorum omnium obli-
catur , quidquid agat , quidquid loquatur ,
semper præsenti offert Domino , illum
enim mente intuetur , perenni retinet me-
moria , illum dormiens , illum vigilans co-
gitat : ideo vulnerationem hæc ligatio &
strictissima unio sequitur , qua mens solum
Deum ipsum fitit , unum diligit , unum
intuetur , nil il ei præter unum Dominum
dulce est , in uno tantum quiescit , uno re-
ficitur , si aliud quicvis occurrat , quod huic
uni non subserviat , in ox exoellit : oppri-
mit ac violenter propulsat desideria , studia ,
exercitia omnia , quæ ad exoptatam deside-
rii sui metam comprehendendam non condu-
cant . Cum vero datur uno suo frui , tunc
omnibus bonis se abundare credens nihil
aliud admittit .

Post hunc sequitur tertius amoris violen-
ti gradus , languescere faciens : qui languor
provenit , quando ex hac amoris vehemen-
tia mens in Deum , qui luminis abyssus est
rapitur : ita ut humanus animus hoc tem-
poris articulo omnium exteriorum oblitus ,
seipsum penitus nesciat , totusque in Deum
suum transeat : ubi non intonat carnalium

Apocal. curarum aut cogitationum strepitus , sed fit
8. silentium quasi dimidiæ horæ spatio , ut scri-
bitur in Apocalip. manetque tunc spiritus

quasi exustus , & totus in quandam affectum
conversus . Anima hunc gradum ascendens
(ait Richard.) quasi nihil iam proprio

Richard peragit arbitrio , sed omnia dispensationi
ac bene placito divinæ maiestatis committit

Nam sicut artis ex liquefactis metallis quamcumque formam voluerit, imprimet, sic anima in eo statu ad omnem divinæ voluntatis nutum se facile applicat, & spontaneo quodam ardore ad omne ejus arbitrium se accommodat: aut juxta divinæ providentiae modum voluntatem suam componit. Vnde dicit idem paulo inferius: In primo gradu transfigitur affectio, in secundo ligatur cogitatio, in tertio dissoluitur affectus: nam nihil agere libet, nisi id ad quod ardor urgeat.

Quartus violentæ charitatis gradus desicerit facit, quod fit sicut inquit Richard; quando æstuantis animæ desiderio nihil plene satisficit, & inde in deliquum ducitur. Cujus violentiæ gradus vix verbis explicari potest. Est enim quasi fœlicissima insania, & prudentissima amentia, cum anima dilecti sui incredibili siti exagitata, videns se nullo spirituali affectu posse satiare, prorumpit in vehementissima desideria tolerandi, omnia tormenta, & pœnas omnes pro Deo atque hoc summas reputat delicias.

Hic autem notandum est ex doctrina Lincon. sup. Dionys. de Cœlest. Hierach. qui querit, qua ratione perfectæ animæ dicantur fervere. Fervere dicuntur ea quæ impresso calore, sursum supra se feruntur, & proprio pondere in se redeunt, & huiusmodi super se elationes, & in se mutui relapsus fervores dicuntur. Cum igitur sancti viri æstuantes in Deum se extollunt, & postea proprio pressi pondere, in seipso relabuntur, & ab actuali illa super se elevatione residunt: fervere etiam dicunt ut, qua-

Lincon.

si illo temporis momento caloris divini vi extra se jactentur, & supra se extollantur.

*Quintum aeternitatis iter occultorum
revelatio : sextum Prægustatio :
septimum Deiformis operatio. S. 4.*

QVINTUM iter, quod immediate præcedens sequitur, aeternorum occulta revelatio dicitur: nam quanto aliquis ardenter Deum amat, tanto plenius dilectus revelatur: & quanto dilectio est ardentior, tanto divinorum cognitio est profundior, & magis perspicua: quæ namque nobis propinqua sunt, facilius prospiciuntur, & amore Deus nobis sit propinquissimus, cum nos ipsos in Deum transformare possit. Cum igitur ardentes dilectione perveniat, quo intellectio accedere nequit (& ideo Paulus Eph. 3. scribit dilectionem præstare scientie) ideo ardenter Deum amantes, plenius Deum cognoscunt, quam acutissimo intellectu pollentes.

Ad cuius faciliorem explicationem ob*D. Bon.* jiciens Bonaventura illud Augustini: *In cognita amari non possunt*, sic respondeat: Non esse dicendum quod ardenter amans necessario habiturus sit maximam aliquam notitiam intellectualem, sed quod ipse mettardens amor est formaliter quædam notitia affectiva seu experimentalis. Amor enim impetu vehementi fertur in amatum, sitiens intra ipsum ingredi, imo si fieri possit, ipsummet amatum effici, & hoc est, cur magis immediate ipsi uniatur quam cog-

nitio, & dicitur cognitio quædam experimentalis. Vercellen. *super Cant.* dicit intellectum & affectum simul incedere, usque ad novissimum intellectus defectum, ubi suæ intellec[t]ionis & luminis præscriptum habet terminum immo consummationem. *Vercel.*
Affectus autem ulterius progreditur, exercens tunc intima in Deum suspiria super intellectuales extensiones, immisiones, fervidos fulgores, & fulgentes fervores: ad quorum omnium sublimes excessus intelligentia trahi non potest, immo tunc affectus mirabiliter ardet & operatur, quando intellectus in caligine detinetur. Tandem concludit Bonavent. revelati[n]em super intellectualem non semper fieri per aliquā intelligibilem cognitionem, sed per ardentiissimam dilectionem, experientalemque notitiam.

Sextum iter quod præcedentibus subnatur, est experimentalis prægustatio & notitia. Et ut facilius quæ diximus intelligentur, advertendum est, experientiam fine notitiam nihil aliud esse quam actum quo unaquæque potentia tendit in suum objectum. Nam licet omnes mihi dicarent mel esse dulce & hoc rationibus probarent, tamen si numquam gustasse, dicere non possem, me experimentalem dulcedinis eius notitiam habere, sed opinionem, aut scientiam. Simile sit circa potentias interiores: nam quamvis Scriptura & reliqui omnes dicant mihi, quam dulcis est Dominus, numquam tamen de ea dulcedine Domini notitiam experimentalem me habere dicam, nisi gustus ipse meus divinam

232 SECUNDA PARS

dulcedinem sentiat, & cum sponsa dicat:

- Cant. 2. *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Inde Bern. super Cant. Quid quid de occultis tuis ô Domine Iesu novimus, hoc aut Scriptura docente, aut te revelante, aut certe (quod perfectorum est) gustu idest, experientia didicimus. Quid prodest multa scire, si ea tamen non gustes aut experiaris? & ideo
1. Petri Petrus in Epistola sua ait, *Si tamen gustatis quod dulcis sit Dominus.*
- c. 2.

Huius sublimis degustationis impedimentum solei esse carnalis affectus: nam cum carnalis sensus munere suo foris utitur, interior sensus quasi somno sepultus spiritualium gaudiorum nequit sentire dulcedinem, quæ nisi palato mentis percipi non potest, exteriorum sensuum vagatione sopita. Si quis diligenter à delectatione exteriori distrahitur, mox necessario degustare incipit aliquid interne dulcedinis, ne si omni delectatione privetur, quasi atidum semen ac sine humore ad sapientiæ germen pon convalescat.

Quantus autem hic gustus sit, nec is, cui gustare datum est, satis potest exprimere: sola enim noscitut experientia. Quem tamen ut experii possimus maximum nobis collatum est remedium in sacramento Eucharistiae digne sumpto: at qui gustum hunc penitus ignorat, necesse est eum miserabili fame perire. Super quo vide Greg. in Mor.

super illud attenuetur fame robur eius, Et

Iob. 18. Bernard. super illud: In odorem unguentorum tuorum currimus, ita scribit: Quamvis

Cant. 1. suavi sit Dominus universis, maxime tamen domesticis & quanto quis illi vitæ me-

rito ac mentis puritate fit propinquior, tanto magis eum arbitror recentiorum aromatum & unctionis suavioris sentire fragrantiam. Verumtamen in his rebus intelligentia solum capit, quod attingit sapientia: Deus enim desiderio queritur, cognitione invenitur, gustu vero tangitur & detinetur. Amplexamur namque Deum non intellectu, sed voluntate, ut placet August. *D. Aug.*
lib. 9. de Trinitate cap. 6. Vnde sponsa: *Tenui eum*, scilicet ineffabilibus amplexibus, neque dimittam. Tandem adverte. & attente lege hæc apud Bernard. *in lib de amore.* *Cant. 3.*
 & Gregorium super illud *Iob. Auris verba dijudicat*, & fauces comedentis saporem. Asserunt enim quamplures esse, qui sacras Scripturas & divina mysteria intelligent, et tamen experimentali gustu non tangunt: nam quæ intelligunt, non ipsis medullitus per amorem inhærent. Verum enim gustum, de quo loquimur, percipere plene nequeunt, nisi hi qui priora itinera praedicta experti sunt.

Septimum & ultimum iter est introitus ad æterna per meritariam & Deiformem operationem: parvi momenti essent praedicta omnia, nisi ea Dei formis operatio consummaret. Quid nobis prodesse poterit cum Deo dulcissime conversari, si inde ad nos redeentes exemplaris operationis lumen non attulerimus? Vult enim Dominus ut, in agendo illi similes efficiamur, cum ad ejus imaginem facti simus. Vult priæterea, ut Angelis etiam in operando assimilemur, cum ad eorum societatem creati simus, in operando inquam quo ad actum

purgandi , illuminandi , & perficiendi .
 Vult etiam ut ardeamus amore cum Seraphim : divinorum scientia fulgeamus cum Cherubim : spirituales facti omnia judicemus cum Thronis : nobis ipsis dominemur cum Dominationibus : fortiter resistamus inordinatis moribus nostris malignorumque spirituum suggestionibus , cum virtutibus : regnum animæ in iustitia & pace gubernemus , cum potestatibus : subditis nostris debite provideamus , cum principatibus : magna si habemus , proximis nostris communemus cum Archangelis : minora subsidia indigentibus impertiamur cum Angelis .

Igitur fœlicia hæc itinera summa animi contentione percurramus : spiritus enim noster in his itineribus ita progredietur : Primo consolatur , deinde consolatus currens calescit , calefactus devotione mollescit , mollificatus amando liqueficit , liquefactus revere fursum extollitur , ut nusquam nisi in æternitate subsistere ac quiescere velit . Origenes super Cantica sic scribit : Dulcis simus affectus divinæ contemplationis est liquefactio , cor autem liquefactum leuis mollis est & calidus , ubi suavissime quiescit dilectus , ubi contacta sponsa spirituali contactu , maximam illi impertitur delectationem .

ANAGOGICA EXPOSITIO Orationis Dominicæ Cap. XXV.

Pater , Natura & gratia , qui nobis esse naturæ communicasti , sensum ac mo-

rum nati ralem: atque esse gratiæ, sensum scilicet & motum gratiæ, sine quo esse, est peius esse quam nihil esse.

Noster. Qui tuæ bonitatis liberali largitione multos quotidie filios gignis secundum esse spirituale gratiæ & amoris.

Qui es in Cælis, id est, qui mirabiliter habitas in animabus, cælorum proprietates habentibus, hoc est, in amore tuo firmis: semper mobilibus ob sublimium desiderio assiduitatem: item quæ sunt sideribus ornatae, id est, clarissimis virtutibus.

Sanctificetur nomen tuum, id est efficatur in me absque terra nomen tuum, purgatis omnibus terrenis affectibus.

Adveniat regnum tuum, id est, omnino & semper in anima regnes, ut non solum motus nullus aut actus sit in ea contra præcepta tua, sed omnes actiones nostræ juxta tuæ gubernationis censuram fiant. Bernardus Sermonè 83. super Cantica exponit hæc de secundo adventu, dicens: O si finiatur jam sæculum hoc, & manifestetur regnum tuum. Hoc cupit, hoc expetit sponsa, id est Ecclesia.

Fiat voluntas tua, in terrenis hominibus sicut sit in cælestibus, id est firmis, semper mobilibus, & sideribus ornatis, ut supra dictum est.

Panem nostrum quotidianum. O Pater nisi mittas de super panem fervoris atque spiritualis consolationis quotidie singulisque horis, mox deficimus & ad quærendum vilissimum panem externarum consolationum relabimur, Mitte ergo benignissime Pater micas de mensa illa opulentissima,

quibus (id est actibus unitivi amoris) nisi anima quotidie pascatur suæ fortitudinis vigorem indubitanter amittit.

Dimitte nobis debita nostra . Etiam minima venialia , pœnaque pro illis debitas remittas : illa enim detestor & odi , nam tuæ lucis in me radium obnubilare , & amoris unitivi fervorem repescere faciunt.

Ne nos inducas in temptationem . Quanto plus te diligo benigne Domine , eo magis à te separari pertimesco . considerata carnis fragilitate , & infesti hostis astutia . Non igitur permittas me Domine ejus blandicijs , aut insidijs unquam nutare , sed libera quæso me à multis ad malum propensionibus , & pœnis etiam purgatorii , quatenus dulcissimam tui visionem differre possunt.

SEPTEM CONTEMPLATIONIS gradus : ignis , undio , extasis . Speculatio , gustus , quies , gloria . Cap . XXVI .

Septem contemplationis gradus hi sunt : *Ignis , undio , extasis , speculatio , gustus , quies , gloria .* Nam primo anima ignescit , ignita inungitur inuncta rapitur , rapta speculator vel contemplatur , contemplans gustat , gustans quiescit . Hi gradus gradatim ascenduntur ab his , qui diligenter in spiritualibus se exercent , qui tamen non nisi experientia percipi possunt , atque hos sequitur septimus in patria .

De primo gradu qui ignis est , sic Da-

vid loquitur *Concaluit cor meum intra me.*
 Nam anima quæ ad adorandum Dominum
 se effundit, subito irradiatur ardenti divi-
 nœ majestatis radio, qui pias affectiones
 accendat, malas exurat, temporem inflam-
 met, fitque anima velut holocaustum in
 conspectu Domini, in quo mirifice, de-
 lectatur. Deus adest, illa pavet, Deus
 ignem immissum auger, ut plus caleat: il-
 la ortas affectiones colligens, fovet eas ut
 subministrata pinguiori materia, magis
 crescat incendium.

Secundus gradus est unctio, idest. roseus
 quidam liquor qui per totam animam diffu-
 sus, eam erudit, corroborat, confortat
 disponens ipsam suaviter ad veritatis certi-
 tudines suscipiendas pariter & contemplan-
 das. Hic gradus præcordia irrigat, tempe-
 trans primi gradus calorem, scilicet ne plus
 ardeat, quam oportet: quod enim ignis
 purificat cremando, hoc unctio mulcet, pin-
 guedinem suam infundens ut anima ad susci-
 piēdos divinos radios intra se aptior maneat.

Tertius est voluptuosa hominis interioris
 elevatio supra se ipsum, idest, deserto exte-
 riori homine, ut proprius ad fontem divini
 amoris accedat. Nam obliito exteriori ho-
 mine anima pro viribus se ad æterna & al-
 tissima sursum extolliit mediantibus activis
 virtutibus, puritate scilicet & humilitate,
 humilitate enim deseritur homo exterior,
 puritate sursum agitur interior, ut divinos
 radios suscipere possit.

Sequitur quartus qui est contemplari se i
 speculari divitias soli Deo notas, investi-
 gatione intellectuali simul & affectiva, li-

238 SECUNDA PARS

cet affectio profundius descendat quam intelligentia. Nam precurrente intelligentia, cum ingredi nequeat, quasi per speculum videns foris sedet, affectio vero quæ nescia est specularis visionis, celeriter ingressa dilecto unitur: intromissa tamen affectione subsequenter ingreditur intelligentia quod ubi sit, inebriator affectio cœlesti & miro quodam sapore, & lucidissimis radiis intelligentia illustratur. Hunc gradum jam

2. Cor. 3. plene concenderat, qui dixit: *Nos autem revelata facio*, idest, remotis omnibus impunitatibus faciem intelligentiae velantibus, gloriam, idest claritatem Domini speculantes in eandem transformamur imaginem idest, in ea quæ imaginamur seu speculamur (abstractus enim homo à se ipso absorbetur in Deum) & à clatitate in claritatem manuducti ab ipso Domini Spiritu, divinis splendoribus ac cognitionibus adimplemur, proficientes de cognitione in cognitionem, ac de lumine in lumen.

Quinto loco sequitur gustus, qui est suavissima divinæ dulcedinis prælibatio, ex divini Spiritus uberrimo fonte in animas contemplantium distillata. Non enim ad satietatem, sed sensim suavissimis illis guttulis recreamur, ideo esurientem nutriunt, vehementer alliciunt, concitantque ad frequentissime orandum ac dicendum: Os meum aperui, emitte Pater, & similia.

Sequitur sextus, qui est mira quædam & suavis tranquillitas per infusam nobis ex orationis fræquentia dulcedinem concreata: quæ solum spiritualibus viris qui in contemplandi aqua maximos progressus fecerint,

conceditur; nam hi bonitatis divinæ familiaritate recipiunt cælestes immisiones animalibus hominibus penitus ignotas. Diu laborandum est, ut ad huius felicitatis conditionem pervenias. Moyses (ut inquit Basil. i. *Homilia in Examer.*) quadraginta annis contemplationi vacavit in terra Madian, in quam ex Ægypto fugiens se receperat, & ideo divina frui potuit familiaritate: octuaginta namque annorum erat quando Dominus de rubo allocutus est eum. Tu ergo persevera & sustine Dominum, spe enim tua non frustraberis.

Affirmat Thaulerus contemplantes sæpe in tantam exultationem ac mentis jubilationem rapi, ut eam sustinere non valentes cogantur erumpere in verba, suspiria, & singulares gestus: quod nisi facerent, ex eorum ore prorumperet sanguis (ut sæpe accidisse constat) aut in grande aliquod valetudinis periculum incidere. Addit etiam, his in remotò à turba loco porrigeādam esse communionem, ne ignarum vulgus eorum insolitas videns oris mutationes, offendatur. Fatetur tamen hos cum ad majora ascendunt, scilicet, ad purissimam unionem quam perfecti viri experiuntur, vel haec non faciunt, vel facile gestus mutationes comprimunt.

Postquam homo in via spirituali puer esse desijt, utpote jam abunde laetis resocillatus dulcedine (id est, spiritualium consolationum) & in virilem evasit ætatem, jam à laetis alimento depulsus, suo labore victum querere iubetur, ut cæli sævitiam ac procellas perferre discat, sæpeque fit, ut auferat illi Dominus, vel occultet omnia dona pe-

cularia , quæ antea concesserat , & illum
compellat incedere tenebrosa , atque ina-
quosa via , quasi sibi ipsi relatus : omnia sua
exercitia quibus antea delectabatur , fastidit:
nec vel tantillum temporis in sancta potest
cogitatione permanere . Si ad Deum vult
confugere , mox inde præ cordis ariditate
& variis temptationum incurribus repellitur.
Cætera omnia iniucunda illi sunt & ingrata,
ita ut nullibi requiem inveniat . Nescit de-
nique quò se vertat . Si tamen prudens est &
fortis , hęc corde meditetur , & ore proferat:
Salve amaritudo amarissima omnis gratiæ
plena . Tunc sæpe fœda vitia , quæ ante de-
vicerat , majori vi impetunt , & quo maior
est solemnitas , & ad eam intime celebra-
dam purior vult fieri , eo duriorem se in-
venit . O tu quisquis es frater charissime , ne
hinc ansam arripias ad vanam solatia declinan-
di , fidelis permane cælesti sposo , viriliter
age , resigna te totum in Dei beneplacitum:
quod si feceris . intelliges tunc esse Deo grá-
tiosiorem , quam quo tempore cælestibus
blandicjjs ab eo fovebaris .

Hæ autem mentis anxietates variis excau-
sis oriri soleant , aliquando ex propria ac na-
turali hominis dispositione , aliquando ex
aeris intemperie , aliquando ex maligni spi-
ritus operatione : denique Deo sic permit-
tente sæpe evenit , ut hi in gravem tristitiam ,
ac horribilem desperandi temptationem pre-
cipitentur : at si se totos in Dei beneplaci-
tum resignent , nullum esse efficacius reme-
diū adversus has temptationes plene sen-
tient . Hujus re gnationis tanta vis est , ut
nil cum ipsa conferri valeat , resignationem

quippe Martyrum excedit : illi enim divina consolatione suffulti tormenta spernebant, mortem hilariter oppetebant , sed interne Deo carere , supplicia omnia excedit, in eo præsertim homine qui requiem mentis in Deo pacemque internam est expertus. Illum verò qui in ea cordis ariditate & spiritus perturbatione fortem ac fidum se Christi athletam præstiterit , mirabiliter Deus ipse post pugnam reficit , & purgans cum illo igne teribili , in se tandem transformat , ac demum , in ineffabile refrigerium transfrens ipsum , immergit in suæ divinitatis abysso. Nulla igitur commodior ac tutior via ad affluenriam cælestium gratiarum promerendam esse potest , quam toto cordis affectu expetere internas & externas calamitates & afflictiones pro Dei amore. O si quidquid Dominus permittit id tamquam optimum de manu ejus libentissime susciperemus sive prosperum , sive adversum : sive dulce : sive amarum : quod si sic fieret , semper internæ pacis felicitate frueremur , atque hic est totius perfectionis scopus.

Si faber ferrarius nequeat solus in varios usus ferrum mollire , convocat alios ut mallicis ferreis concurrentes , quamplurimis iētibus in quodlibet velint opus , ferrum aptare possint : sic cum propriæ voluntatis duritia à nobis frangi nequeat , oportet plures convenire tribulantes , & nostri contemptores qui nos affligere & mortificare valeant. Item ferrum rubigine multa contextum , si in ignem mixtatur , primo à rubigine contracta purificatur , secundo rubescit color rutilum ignis assumentis , tertio lique-

scens ad quamvis formam ab artifice imprimentam aptum redditur: sic anima inordinatis affectionibus scatens, si divini amoris igne succendatur, primo quidem purgatur: secundo rubescere ac clarescere incipit sanctis meditationibus, aspirationibus, & celestibus desideriis quasi colorem suscipiens: si demum in hoc divino igne perduret, mollescit ac liquefcit expulsa duritia voluntatis, ejusque proprietate in divinam voluntatem transformata, habilis ac flexibilis redditur, & apta, ut in ea divinum fiat beneplacitum tam in secundis quam in adversis.

Opportuna occasio est disciplina, id est, corporalis flagellationis, quo tempore caro contra spiritum superbit, aut concupiscentiae motu, aut invidiae, aut indignationis, ob contumeliam sibi interrogaram. Tunc verberanda est, atque his verbis castiganda. Adhuc vivis? expende quid te deceat, opus est hec non dolere, si flagella pati nolis. Sic enim paulatim mentis impetus sopiuntur vel penitus extinguuntur. Si filius unigenitus patrem suum videat indulgentiorem erga servum, mirum in ratione triquetur: ita etiam spiritus noster gravissime inquiet si caro delectatione foveatur.

Multa sunt quae adhuc ignoras, cum nondum transferis a Theologia intellectus ad Theologiam affectus: a scientia ad sapientiam: a cognitione ad devotionem: que Theologia merito dicitur mystica, id est, occulta quod paucissimis nota sit. Consistit namque in excelsa contemplatione, in ardenti affectione: in rapibus, mentalibusque excessibus: quibus omnibus ad cogni-

tionem Dei facilius venire possimus quam
per humana studia. Versatur igitur haec ar-
cana Theologia in experimentalibus de Deo
notitiis, quae variis nominibus a sanctis
nuncupantur, sicut re ipsa variae sunt. Vide-
licet, *Contemplatio*, *Exstasis*, *Raptus*, *Lique-
factio*, *Transformatio*, *Vnio*, *Exultatio*, *Iu-
bilus*, *Ingressus in divinam ealiginem*, *Gu-
statio Dei*, *Amplexus*, sive *Osculum sponsi*.
Quae omnia ab his qui ea numquam experti
sunt, dignosci, nequeunt, sicut numquam
efficete poteris ut cæcus colorem concipiatur,
aut surdus vocum harmoniam. De his enim
dixit Dominus: *Abscondisti haec a sapienti-
bus, & revelasti ea parvulis.*

Math.

24-

Nihilominus tamen fatemur inexpertos
aliquid licet modicum experimentalis hu-
jus Theologiae posse percipere, sed specu-
lative & obscure: hoc vero quatenus fidem
habent experientiis sanctorum qui in ea
versati sunt. Atque inde fit, ut viri ingenio
pollentes, si libris de Theologia mystica
incumbant, de ea & loqui & disputare ar-
gutissime valeant, licet eam numquam ex-
pertisint: immo aliquando subtilius & co-
piosius de ea loquantur, quam experti, cum
tamen multo minus intelligant. Ideo Gerson
in lib. de *Mystica Theologia* afferit omnino
Theologis Scholasticis expedire, quamvis
devotionis sint expertes, libros mysticæ
Theologiae sœpe legere, dummodo eorum
doctrinæ assentiantur, ex ea enim lectione
gignitur amor, & suboritur quidam ardor
experiendi & cognoscendi illa, quae sola fide
percipiunt, & docta ratiocinatione conse-
runt: Eloquium namque Domini ignitum

Gerson.

est: qui si via hac ad contemplationem per-
venerint, tunc absolutissimi Theologi me-
rito dici poterunt, quales fuisse scimus B.
Thom. Bonavent., & ceteros, quorum me-
rita gloriose recolimus. Id tamen maxime
attendere current doctri inexperti, ne (cum
devotæ personæ ac simplices de affectibus
suis in Deum miranda narraverint, ubi nil
sit fidei contrarium, aut quod bonis moribus
adversetur) obstinate resistant, sed potius
humili animo venerentur incognita, vel
saltē iudicij sui sententiam suspendant, il-
līus examinis pérículum Doctoribus in ea
mysticæ Theologiæ eruditione relinquen-
tes. Ex D. Bonav. de septem gradibus contem-
plationis.

EXERCITIVM SPIRITUALE
quotidianum. Plurima ad devotionem conservandam remedia. Cap.
XVII.

Drimo, arrepto speculo divinæ legis,
Evangelicæque perfectionis, accurate
vulnera maculasque nostras eriam minimas
perspiciamus, quibus conspectis, pudore
confusi, & corde contriti, ad divina balnea
confugiamus, ad divini erroris flumina, ad
Dominicæ propitiationis myropolia: instar
mulieris, quæ facie suæ maculis in speculo
cognitis, ornare se properat & maculas de-
lere. Secundo, Dominicam benignitatem
admiremur, dicentes: *Quis hic est Domi-
nus, qui amore hominum ductus, tanta pro-
nobis est passus, ut sanguinem etiam suum*

effunderet, ut esset nobis omnibus in balneuni & unguentum? Tertio, ad considerandum immensae bonitatis pelagus rapi, & in eo immergi ac ineibriari, quilibet nostrum studeat, ac tantæ bonitatis dulcedine & amore ad unitivum amorem incessanter anhelet, quod si adipiscatur, facilissime milles horæ momento innumerabilibus & ardentissimis desideriis in Deum se eriget absque prævia meditatione.

Ex toto dîei unius spatio attende, quantum temporis sincere ac pure Domino impendas: utinam vel hora una sincera intentione ac vehementissimo in Deum affectu ardere vere posses. Ne existimes te Deo habituali amore plene satisfacere. Quin immo dolendum est quam plurimos esse qui de spirituali consolatione libere agant, cum tamen hi narrent, quod non degustant, & loquuntur, quæ penitus ignorant.

Non parum interest inter testem oculatum & auritum: concionator enim servido Domini spiritu plenus longe abest ab eo, qui sola Theologia Scholastica ntititur: nam hic tantummodo quæ à Bern. Aug. Chrys. accipit, proponere solet, ille vero quæ audit, quæ in contemplationis fervore rapuit, enarrat. Quo pacto lucidissimam ignis illius flammatum explicare poterit, cui numquam ad eam licuit accedere? Quis dulcissimas cœlestis suavitatis delectationes referre poterit, qui earum est inexperitus? Præsentim cum nec expertis effari liceat. Qui internam conscientię pacem non experitur, numquam ejus delectationem plene cognoscet.

Præsentissimum ad mentem in devotione

conservandam remedium est , numquād
externo negotio tota cordis affectione in-
cumbere : nam sive loquaris , sive manibus
opereris , sempēr secretius mentis tuæ cu-
biculum externis negotiis inaccessum , Deo
pateat , apice mentis solum Deum intueie,
in eo mentales oculos defigito : tamquam in
rectorem , remuneratorem , & sponsum.
Nam cum totum animum humanis trada-
mus negotijs : ideo spiritus fervor langues-
cens tarde excitatur , ac si pereat , difficil-
lime revocatur . Non ergo plus mentalis af-
fectus cuilibet rei accommodes quam ipsius
conditio postulet .

At si caro fallax opportunos labores sub
contemplationis prætextu refugiat , fervide
insta , ut operans in fratum charitate spiri-
tus à Deo non discedat . Sæpe fit ut proba
mlier primo conjugij sui anno ita ardenter
maritum diligat , ut ne vel tantillo tempore
spatio absentiam ejus pati possit : at transa-
ctis pluribus annis languet fervor ille , cum
tamen sincerus ille amor firmus ac quietus
non cesset , immo re ipsa ardentior existat :
febris enim ethica gravior habetur tertiana
acuta celeriter trapseunte . Non aliter mira
illa Domini dilectio in incipientibus &
proficientibus mirabiles inflammations ac
fervores excitare solet , valetudinem etiam
ipsam lædentes . Perfectorum vero amor
caret astiduitate illa inflammationum
(quamvis aliquando fortius incendatur)
sed revera major , firmior , purior , quietior
est habendus . Paterfamilias , si filium ha-
beat primogenitum juvenili ætate floren-
tent , ingenuis moribus ornatum : alterum

vero infanteum non adhuc plene verba fin-
gentem, hunc licet tenerius, & dulcior
amaret, illum tamen firmius & quietius di-
ligeret, immo indubitanter fortius: nam si
optio daretur patri quem vellet potius inte-
rire, non parvulum unum, sed duos, aut
tres, si haberet, pro primogenito adulto
morti exponeret. Alio utamur exemplo:
Ignis in materia fragili combustibili accen-
sus, altiores flamas evomit, quam si in
ligno solido exurendo detineatur, in eo ta-
men firmius ac fortius permanet quam in
stipulis, in quarum combustionē aciores
flamas excitaverat. Sicut vita corporalis
non nisi assidua respiratione conservatur
hauriens aerem purum & gelidum, ac mu-
tuuo calidum supra modum expellens: ita vi-
ta spiritualis, id est, fervor spiritus nequit
non assidue membrorum libertate & peccati
fornicis ardore compungī, quæ ut plene ex-
pellat; necesse est mentem iugi legis Domini-
nicæ recordatione perficere.

Quæ nū il sunt, pro nihil reputato,
nempe afflictiones, opprobria, & cætera
hujusmodi, quæ si penitus spernas, fiet, ut
solum Deum sentias, ac solum illi placere
studeas. Si aer nubibus obscuretur, non sa-
tis poteris solis aut lunæ splendorem (licet
fixis oculis) intueri: cum intermediæ nu-
bes visum hebetent: ita dum intellectus
quæ varia phantasmatum genera produxe-
rit, Deum plene cognoscere non poteris,
cumphantasma illa intermedia mentis
aerem obnubilent, præsertim in initii.
Ideo in hac felici exercitatione p̄ omnibus
opus est perseverantia frequenti ex maxi-

ma fiducia provenienti , qua indubitanter
speremus nos Dei ipsius munere ad firmita-
tem , perfectionemque amoris unitivi esse
perventuros quando Deo ipsi placitum fue-
rit , nec in his perscribamus Domino tem-
pus , sed ejus immensa benignitati omnia
committamus . Quare si quando in ea mentis
exercitatione , spirituali dulcedine te sen-
tias delinitum , age gratias Domino , qui
liberali manu tanta tibi beneficia largiatur:
fin omnino duritia atque cordis ariditate
cruciariis , age gratias Domino , qui non
aliis quam propriis sumptibus tuis colit ve-
lit . Prima mentis potentia , quam mortifi-
care oportet , cogitativa est , seu intelli-
giva , ut scilicet , inutiles cogitationes rel-
lens , ad utiles & sanctas transferatur : non
enim digni possunt bonae affectiones ,
nisi præviis sanctis considerationibus uta-
muri . Docet sacerdotes cum cubitum eunt
hæc meditari : vitam in morte terminari ,
sicut dies declinavit in noctem : & corpus
exclusa anima in sepulchro collocandum ,
sicut exuta veste in lecto te collocas . Cum
autem mane expurgisceas , recogita , quam
acute vigilare oporteat in die judicij , ubi
hujus sæculi nox terminabitur , accessieris à
sepulchro , rursum indues animam , ut coram
Deo in iudicio stes , operum tuorum om-
nium rationem redditurus . Hæc considera-
tio assidue versetur ob oculos , nempe quo
pacto te Dominus ab æterno elegerit , quasi
quamplurium bonarum actionum instru-
mentum , ut tuis potentiss , sensibus , ac
membris beneplacitum ejus in multis bonis
operibus adimpleret : post creationem se-

tibi altius insinuavit, expertusque in te ac per te opera, quibus gloria eius innotescat, exercere; tu vero quasi refractarium instrumentum tanto beneficiorum ponderi non cedis, immo resistis, idque curare videris, ne voluntas Domini in te perficiatur.

Quare quæcumque bona in universum agas, ea cogita in te Deum ipsum agere medijs auxilijs naturalibus vel gratuitis: ideo cavendum est, ne ea tibi tribuas, sed potius time, ne ea inficias, aut macules. Deinde contemplare, quem scopum Dominus his operibus ab æterno præfixerit, nempe, ut impleretur suæ bonitatis dispositio, ut in tempore opportuno bonitatis suæ magnitudo innotesceret, ut eo medio reducereris in Deum, in quo ab æterno suum vivit opus, & ab hoc scopo cave ne aberres, vel ab eo aliquantis per deflectas.

Cogita, quam brevi tempore in aliam vitam longe huic dissimilem sis traducendus, in qua omnia sensibilia ita penitus oblivioni tradentur, ac si numquam fuissent, ubi æqua examinabuntur lance quæ commiseris.

Ambrosius scribit facilius esse innocentiam conservare, quam post lapsum veram peragere pœnitentiam, atque eodem modo facilius esse orationis vehementiam ac devotionem conservare, quam post aliquos distractionis dies ad solitum fervorem redire. Ferrarius faber ignitum ferrum de igne extrahens, ictibus mollire satagit: sed antequam penitus frigescat, ad ignem reducit, ut irerum faciliter ignescat, sic etiam spiritus noster à fervore devotionis extractus, &

occupationis terrenæ i&ibus percussus , ne omnino frigescat atque induretur , ad fornacem devotionis est reducendus . Nam qui studiose curant devotionem nutritre quotidie , facile conservant , ac tuentur : si vero licet paucissimis diebus ab officio recedant , difficulter ad exercitij interioris fervorem redire solent.

Quapropter illud maxime curandum est , ut orationis assiduitate cor semper Deo patet , nihil timeamus , nihil speremus , sed nos in divinæ voluntatis beneplacito resignemus , paratosque nos exhibeamus ad ea omnia , quæ Dominus in nobis fieri velit , nihil futura curemus , sed cuncta nostra plene Deo committamus . Cordi hujusmodi renunciatio adjungitur Dei recordatio dulcissima . Nam ut teipsa patet , speculatio intellectualis vehemens eorum , quæ non apta sunt ad devotionem excitandam (ut Metaphysicalium) longe magis desiccatur atque indurat affectum , quam occupatio corporalis : magis enim implicat & absorbet intellectum , nec permittit alijs affectivis considerationibus frui . Quare Lectores debent (si spiritus fervorem conservare velint) sape ad orationem , lectionem . meditationem eorum , quæ affectionem excitant , recurrire : alioqui omnino indurabuntur , quod res ipsa plane testatur .

Si quo tempore accedis ad orationem , dicat tibi cogitatio tua : Recede hinc : nam cum sis distractus , nulla devotionis aut consolationis dulcedine frui poteris , tu contra dicio : Ego non huc accessi , ut cœlestibus imbuas consolationibus , sed ut cogitationes

wicas,

meas , quibuscum mihi bellum est superare valeam , & si quid tædii inde proveniat , patienter pro Christi nomine perferam . Quid de mentius excogitari queat , quam si aliis due oculos tuos pulvere aspergens conqueraris , & gravissimo dolore signifiques , quod videre libere nequeas ? Ita etiam cum affectiones tuas erga tætra multiplices , stultissime quereris quod frui contemplatione non valcas .

*Triplex divina cognitionis gradus :
operosa meditatio , simplex intel-
ligentia , - divina caligo . § . unicusa*

Si queras , quid sit caligo illa , quam contemplantes asserunt esse supremam ac ultimam metam , ad quam intellectus noster in via pervenire potest in contemplatione Domini (intellige tamen absque speciali lumine infuso) scito tres esse gradus divinæ cognitionis .

Primus dicitur discrusus , aut meditatio cum divinas perfectiones quilibet contemplatur , seu Domini attributa , ut potentiam , sapientiam , bonitatem , & ex una in cæteras progreditur .

Secundus gradus dicitur simplex intelligentia , cum intellectus noster ita simpliciter in Deo & divina essentia sicut ut nihil aliud præter Deum consideret : sed cum hec intellectio , quamvis simplex secum afferat conceptum de Deo positivum , licet non respiciat aliquod eius speciale attributum / ac id ab omnibus pro certo habeatur .

conceptus omnes positivos , quos de Deo
singere intellectus nostri fragilitas potest ,
esse imperfectos , nec plene posse ad veram
Dei cognitionem sufficere , ac sunt media
quædam inter Deum & intellectum nostrum :)
ideo .

D.Dio- Sublimior adhuc reperitur cognitionis
diuinæ gradus , ad quem tunc pervenimus ,
cum intellectus noster omnino suspendit
omnes tam actus , quam conceptus vel attri-
buta , quos de Deo in meditatione forma-
vit , vel quos in simplici diuinæ essentiæ in-
tellectione recepit , & tunc in quadam igno-
ratiōne demerguntur , in quā fatetur se
non satis intelligere posse , Quid sit Domi-
nus : & dicitur manere in caligine , quæ est
altissima meta omnium , ad quas intellectus
noster , dum vivimus ascendere potest . Vn-
de scribit Dionisius optimam de Deo scien-
tiam esse hanc ignorantiam . Quapropter
meito deploranda est hujus vitæ calamitas
cujus summa felicitas in ipsa ignorantia at-
que Dei caligine consistit , cum tamen sola
Domini clara cognitio summa existat beat-
titudo . Hæc lucida caligo omnibus præce-
dentibus conceptibus præponitur .

Nunc vero attende causam dispositivam
hujus caliginis , & ipsius effectum . Dispo-
sitio , ut ad caliginem accedamus , est instan-
tia aspirationum affectivarum , mira
enim vi pollent ad fugandas phantasmatum
nebulas & terrenarum insimul affectionum ,
ex quibus rerum corporearum imagines ut
pluimur provenire solent : at si aspiratio-
nibus incumbas cum mentis ardore , paula-
tim evanescunt phantasmatæ , ita ut receden-

ribus prædictis imaginibus accedere possumus ad caliginem.

Effe&us autem caliginis est libertas voluntatis, qua libere & solute spatiari aenatare valeat in pelago divinæ bonitatis, ac dulcedinis. Nam quandiu intellectus positivis conceptibus intentus erat, vis illa voluntatis affectiva, ita arctabatur, ut extra cogitationis præscriptos limites progredi non posset, & cum conceptus imperfecte ostenderent, quid Deus esset, voluntas minus libere ac perfecte amabat, conceptibus tantummodo se cooptans: expulis vero conceptibus, libera remanet voluntas ad ingrediendum pelagus illud divinæ bonitatis, efficacissimis actibus amoris: & ideo dicemus voluntatem ascendere, quo intellectus pervenire non valeat, nam cum intellectus caligat & a suo actu suspenditur, tunc voluntas maxime agit. Ideo Bonaventura dicit entitibus ad unitivum amorem, intellectuales conceptiones fugiendas esse. Existens autem vere in hac caligine cum ardentissima voluntatis dilectione, dicitur esse in ultima dispositione ad unitivum amorem, & unionem passiyam, ac amorē fruтивum.

Sed aduersus dicta objicies, Quomodo intellectu ab omni actu & conceptu erga Deum suspenso, possit voluntas libere actu dilectionis insistere? Respondeo, intellectum in ea existente caligine non omnino manere otiosum; sed cum expellat omnes positivos conceptus, manet in quodam negativo conceptu longe illis perfectiori, videlicet incomprehensibili, ita con-

254 SECUNDA PARS

ceptibili, in intelligibili. Felix igitur qui cū
Moysē caliginem intrat. nam ibi plene re-
ficitur: ideo enim moyses nihil aliud qua-
draginta diebus comedisse scribitur. Præ-
dicta non confutantur articulo patiens.
ed: to contra afferentes Deum hic non posse
cognosci conceptu positivo, sed solum per
negationes. Intellectualem namque cogni-
tionem relinquens, super intellectum &
mentem optime Deum cognoscit, ut scri-
bit Dionyl.

Perambulemus ergo hanc viam, purus
animus, p̄tra Deu n̄ devotione frequenter,
freq̄uentando gustet, gustando probet quam
suavi est Dominus, quo tandem inebria-
tus amore, totam in Deum consideratio-
nem inflectat, toto iu ipsum desiderio per-
gat, nihil dulcius, nihil jucundius in vita
labeat, quam vacare & videre, quoniam
ipse est Deus. Affecta sic anima sponsum
aetissime complectitur, stringit, & tenet

Cant.3. dicens: Tenui eum neque dimittam.

ORATIO BONAVENTVRÆ
Cap. XXXVIII.

D Omine Deus quis ego nequissimus ac
vanissimus homo, sterlus, vermisque
fœtidissimus: tu autem omne bonum, ho-
nestum, & pulchrum, omnis utilitas, omnis
amoenitas, omnis suavitas, fons splen-
doris, fons melodiae, fons dulcoris, fons a-
moris, & intimus dilectionis amplexus. Tu
rogas me, & ego te fugio: de me es sollici-

tus, ego nihil de te curo: tu mihi semper servis, ego te semper offendō: te mihi tribuis, ego te contemno: me qui pene nihil sum diligis, ego te infinitum & inenarrabile bonum sperno, fætorem, horrorem, mortalem dolorem tibi præponens. Plus me allicit vanitas, quam æternitas: execranda miseria, quam summa fœlicitas: plus frides, quam pulchritudo: servitus, quam libertas: amaritudo, quam dulcedo. Quid faciam miser, quō ibo? Tu amantissime Pater vis à me amari, & hoc à me exigis, tu plene scis, & vales hæc in me operari: tene ergo me amore tuo, restringe me amore tuo, prævale tu mihi, non prævaleam ego tibi: scio & intime doleo me totam tuam substantiam dissipasse, cum amorem tibi debitum in creaturis tuis lascive collocaverim. Nunc autem inopiam meam considerans, & egestatem cognoscens, famelico appetitu ad viscera misericordię tuę redeo: radiis gratiæ tuę quæso mihi occurras, tuę pietatis oculis me cognosce, amplexare, & osculare me osculo pacis. O quando licebit mihi emori, ut vita mea in Christo sit abscondita? Quando quiescam in centro meo Christo? Quando ejus sanguine inebriabor? Quando cor meum erit unum cum ipso? Quando erit ille totus meus, & ego totus suus? Quando cor meum fieri unum cum ipso? Igitur bone Iesu refove me viſ eib⁹, refic⁹ uberibus, inebria vulneribus, purarum lacrymarum fluvium concede: si de voluptatis ac deliciarum ſonite, si de Christo pendente in cruce eḡ Iesus est fluvius lacrymarum, æquius est, ut de me

258 SECVNDA PARS

Ecccl. 24. qui locus sum sordium, egrediatur. Felix anima contemplantis, in qua requiem inventum omnium creator, cui etiam dicere licet Qui creavit me requievit in tabernaculo meo: negare enim requiem non poterit animæ, quæ illi in hac vita requiem præparavit. Anima mea attendas quæso, quod sublimis ille Rex gloriæ te in domum sibi gratissimam elegerit, quam cælo & terra & toti huic universalis machinæ proponit.

VT CÆLESTE M DVLCE-
dinem anima experiatur, depurata sit; exercitata; elevata. Quis
vere religiosus Cap. 29.

Bonav. **A**nima quæ ad dulcedinis cœlestis degustationem se præparare vult, debet esse (ut inquit Bonaven. in Soliloq.) depurata, exercitata, elevata. In primo hæc cœlestis dulcedo odoratur: In secundò degustatur: In tertio aliquando usquead ebrietatem lumenit & potatur.

D. Bern. Primo ergo debet esse depurata à peccatis, ab inordinatis affectionibus, à temporali consolatione, & à vaga distractione in amore creaturarum. Nam juxta Bernardi sententiam, fallitur, qui cœlestem illam dulcedinem huic cineri, divinum illud balsamum huic venenoso gaudio, charismata illa Spiritus sancti, huius sæculi illecebris misericordi posse arbitratur. Depurata ergo ac purgata anima lacrymosis gemitibus, vesci poterit pance illo, juxta illud: *Antequam*

commodam suspiro. Secundo, debet mens esse exercitata in bonarum actionum assidua operatione, & in malorum humili perpessione. Tertio elevanda est mens ad superna erigenda ad fontem divinæ bonitatis, ut ingredi possit in cellam vinariam, ubi infernali dulcedine incōrīetur.

Nemo tamen præsumat tertium execūtare ante duo, primo loco dicta: nullus enim socius poterit esse consolationis, antequam sit effectus socius passionis, nemo fieri potest particeps remunerationis, antequam fiat sedulus virtutis imitator. sed quid faciam miser, cum odor mihi non sufficiat, modicus gustus plane non reficiat, & ebrietatem affectio mea appetat ac requirat? Consolatur me illud August. Erubescat humana pigritia, plus expetit Dominus dare quam mortalis homo audeat postulare. Igitur anima pia erige intellectum, dilata affectum, ingredere actionem non operosam & requiem non desidiosam, ut inquit Aug. O anima mea noli aliquid in præsenti sæculo possidere, sicut impii nihil in cœlesti gaudio habere nituntur: attende quod expectet te Deus Pater tamquam filium dilectissimum, Deus Filius tamquam sponsam dulcissimam, Deus Spiritus Sanctus tamquam amicam gratissimam. Expectat te Deus Pater, ut heredem bonorum omnium suorum te constituat, Deus Filius, ut pro te suæ nativitatis fructum, & sui sanguinis pretium Deo Patri offerat, Deus Spiritus Sanctus, ut suæ dulcedinis ac beatitudinis te efficiat participem. Sed heu effusi sumus quasi aqua, exclusi sumus à regno

D. Aug.

258 SECUNDA PARS

Dei , quod intra nos est, nihil curantes , forsitan in rebus futilibus & insaniis falsis querimus consolationem.

Activi regnum cælestē querunt : contemplantes iam prope inveniunt , scilicet quodammodo. Activi fatigati ad cælestē januam pulsant , ut intrent in gaudium : con-

D. Gregorius ut in gaudio consummentur , ut scribit Prosp. Vnde Greg. 15. Moral. sic scribit : Anima cum ardenti desiderio ad cælestia inhiat, mīro quodam modo hoc ipsum quod consequi afferat , jam degustat. Quid est Monachus ? Respondet Bonaventura allegans Ioannem Abbatem montis Sinai : Est violentia naturæ indeficiens , custodia sensuum indeficiens , corpus sanctificatum & expurgatum , mens illuminata , & calorem retinens inextinguibilem usque ad diem sui exitus : ignem igni , fervorem fervori , desiderium dederio sollicitudinem denique addens sollicitudini. Ille , ait Bernardus . est vere monachus , qui devotione æstuat in Choro , patientiam servat in Capitulo , disciplina utitur in labore , meditationem fovet in lectione , fervorem in oratione , castitatem tuetur in tentatione , tolerantiam non abjicit in adversis , humilitatem retinet in prosperitate. Religiosus fervidus , ideo placide , ac tranquille vivit quod omnia patienter toleret. Religiosus vero tepidus tribulationem tribulationi accumulat : nam interna consolatione caret , & externam querere prohibetur. Felix , qui diu exercitatus est in flammigeris affectionibus & aspirationibus unitivam amoris : iste enim citius opinione sua absque prævia co-

gitatione quandocumque velit, die nocturna millies in Deo afficitur ad eum solum possidendum: ad eum namque solummodo toto animi ardore aspirat.

*VITÆ SYNON PLVRIMA
ad devotionem fovendam
documenta Cap. 30.*

PRIMO osculare Christi pedem recognoscens peccata tua. Secundo, manum, recognoscens beneficia collata, quæ ubi feceris, pertingere poteris ad unitivi amoris osculum. Iustitia & judicium præparatio sedis tuæ, ideo nequit anima esse Dei sedes nisi primo se purget, ac purissime emundet. Hoc differt mystica Theologia exæteris disciplinis ac doctrinis, nam in his prius oportet intelligere verba, quibus ipsa traditur disciplina, quam aliquid doctrinæ compareretur, in illa vero nisi prius experimentalem ejus notitiam habueris, non licet perfecte intelligere verba: quibus mystici doctores in ea tradenda utuntur. Nullum efficacius medium est ad scripturæ sensum percipiendum, & ad corda prædicatio-ne inflammanda, quam mystica Theologia expressa. Abstergo speculo mox appet facies, absterge speculum animæ, & mox imago, ac divini vultus lumen elucebit in eo: hoc autem magis, vel minus juxta priorem, vel minorem speculi abstersionem: via etenim purgativa disponit ad illuminationem, & unitivam.

Sed ut plene intelligas, quid inter sit
inter utramque viam, necesse est scire, ho-
minem cum post pœnitentiam purgativam
peccatorum incipit proficere, non statim
aptum reddi, ut expedite ferri possit in
Deum anagogicis affectionibus immediate
& directe: sed egere præviis meditationibus
Psal 38. quibus affectus scintillet, juxta illud: *In mea
meditatione mea ex ardebet ignis.* Qui vero iam
in via adeo perfecerunt, ut perfecti dici
possint, absque prævijs meditationibus, aut
aspitationibus concomitantibus valent has
anagogicas affectiones habere quotiescum-
que libuerit. Hic est scopus ad quem totis
viribus est enitendum, scilicet ut pervenire
possimus ad firmatatem flammigerarum af-
fectionum, quæ dulcissimæ sunt & rubigi-
nes fecesque culparum ita omnino exurunt
ut lieeat animæ expeditius absque purgato-
rio igne ad cælestem patriam evolare. O
dulcissimum purgatorium, o suavissimus
ignis ardantium affectionum, o vera sa-
pientia oculis superborum abscondita, qua
fruitur anima: quando scintillantibus affec-
tionibus, insatiabilibus desideriis, uniti-
vis aspirationibus Deum ipsum tangete &
amplecti affectat. Sic enim felicem circulum
implevit rediens, scilicet, unde exivit.

Avertendum tamen veros anagogicos
amatores non exerceri cum carnis delectatio-
ne sensibili: sed potius cum sui ipsius maxi-
ma afflictione. Nam mens laboriosissima
actione sursum agitur, & ex extensione spi-
ritus fit quedam corporis enervatio, atque
nervorum protensio proveniens ex impe-
tu metuum anagogicorum. Quapropter

motus illos anagogicos non posset corpus
absque maxima sui afflictione perpeti, nisi
spiritus gaudium de suo profectu concep-
tum eam leniret afflictionem. Præterea hi
motus sunt subitanei ad instar emissionis si-
déris scintillantis: nam postquam surrexe-
rit mens, mox relabitur **infra** se ipsam,
atque rursus consurgens iterum cadit.

His motibus pene certa sit fides, sentit
enim mens se trahi quadam infallibili noti-
tia, illum esse verum Deum, ac Dominum,
quem fide colit. Quare anima ad hanc per-
veniens sapientiam, licet omnes mundi sa-
pientes illam redargentes, dicerent, **Fides tua** non est vera; ipsa fidenter responderet,
Immò vos fallimini ego enim fidem veram
teneo: nam illa amoris unio fortius animam
in fide firmat, quam quæcumque rationes
seu investigationes mentis,

Spes etiam valde robatur hac unitiva
familiaritate, anima enim in eo statu ma-
nens, adeò in Dei bonitate ac familiarita-
te confidit, ut nullatenus se credat ab ipso
in posterum posse separari, atque temoto
omni purgativo timore (nisi per modum
cautelæ) pura nicitur confidentia. Insuper
hac unitiva sapientia longe amplior cogni-
tio acquiritur, quam lectione aut studio,
aut rationis exercitatione: per illam namq;
propiores reddimur fonti luminis & Do-
mino scientiarum.

Illud etiam est advertendum, quod licet
post superata vita, & passiones magna ex
parte devictas, non sentias te ad unitivi
ardoris amorem extolli, non oportet ani-
mum deponere, sed memor neminem re-

pente summum fieri , hac utere cautela :
 habeas , vel non habeas devotionem , calidum te sentias aut frigidum , semper ostium
 divinæ bonitatis pulsato , affluenissimum
 Domini misericordiam implorans , ut
 æstuantis amoris donum tibi concedere di-
 gnetur , cum ad id te creaverit : & in hac
 petitione obstinate persistito . Nam velut
 qui oculos in Sole hora meridiana figere
 nequit , si assuecat orientem Solem intueri ,
 deinde hora tercia iterum attente inspiciat ,
 tandem in meridie solare corpus libere in-
 tuebitur : ita vere contemplans faciet in
 Solis justitiae intuitu . Ad id omnes sanctos
 invocet dicens : O vos omnes qui in cami-
 no ignis æstuatis , unam saltem scintillu-
 lam mihi impetrare . O vos qui ad opulen-
 tißimam sedetis mensam , & satiamini , ca-
 tello huic famelico micas porrigite : vos
 qui immersi & absorpti estis in abyso lucis
 inaccessibilis , ejus radiolum mihi exorate ,
 levabo oculos meos in montem &c. ac tan-
 dem fieri , ut plene audias , quod dictum est
 Danieli : Quia vir desideriorum tu es .

Daniel.

9.

Dispositio ac situs corporis non parum
 confert ad excitandum spiritum : nam sicut
 peccata plangeos ; apte publicanum imita-
 tur oculos ad cælum levare noleniem , ita
 qui ad unitivi amoris ardores suspirat .
 commode erecto erit corpore oculis in cæ-
 lum levatis , si enim faciem versus terram
 declinaret , impediretur actualis tendentia ,
 cum sursum mente agatur ad illum , qui
 super omnia ineffabiliter est collocatus , cui
 uniti , & in quem transformari desiderat .

Ad firmiter in his exercitationibus & oratione perseverandum, presentissimum remedium est infallibilem in ipsis ordinem ac numerum servare. Præterea temporis consideranda est opportunitas: si enim garacula hæc ancilla (caro nemp̄ nostra) bis in die refici exigit ne inedia languescat, decentius videri debet dominam hanc (animam scilicet) convivio dulcissimo suo , id est , amoris prandio non privari , cum ejus vita in solo mellifluo amore permaneat. Oportunissimum atque aptissimum ad id tempus est nocturnum. *Nox, inquit, illuminatio mea in deliciis meis: & Anima mea desideravit te in nocte,* ait Isaías. Decet itaque ut hi quibus datum est in spiritu vivere , eo tempore affectaosis orationibus Christi protegant gregem , quo grex ipse dormit. Interdiu etiam aliud tempus prescribatur: numquam pro modicis impedimentis relinquit anima refectiones suas , sed compungatur si aliquando modico perculsa impedimento ad divinas epulas non accessit. Loci etiam opportunitas captetur, nempe occultus & secretus est eligendus , præser-tim his qui fragili adhac amore nituntur, vel qui humanæ laudis ac gloriolæ stimulis sepe punguntur , & caute attendant ne antiquus hostis sub honestatis prætextu illos seducat. Condoleat intime incommodis proximorum , dum alios viderit cæcos, alios claudos , alios vulneratos, laceros , & ulcerosos , pro quibus omnibus cælesti Patri ardentimam offerat supplicationem: hæc enim omnia in sui ipsius cedent emolumen-tum , & copiosius lucrum à Domino

Pf. 138.
Ifaï. 26

reportabit . veluti famulus Regini cui carior est regiae domus plena reformatio quam propria utilitas , plus sibi meriti apud Dominum conciliat , quam si propriis solummodo commodis incumberet perfecte serviens.

Quando in primis homo viæ vacabat purgatiivæ , contritionibus , & lachrymis spiritus ab inordinationibus purgabatur : cum verò ad unitivæ viæ flammeas pertingit affectiones ; (quæ cum puræ sint , actus omnes cognitivarum virium sopire solent) tunc longe plenius pei eas ab omni terrena affectione purificatur spiritus , & exterorum sensuum inordinatio , quasi quodam retinaculo interiori frænatur : igniti verò effectus corruptam ipsam sensualitatem so- piunt , ejusque effectus omnes mortificant . Nam quanto plus voluhtas aspirando erigitur , eo plus carnis male inflammantis corruptio debilitatur . In his etiam affectivis unionibus elucet claritas quædam in intellectu ad occultiora investiganda & penetranda , quæ veò imaginaria & phantastica sunt , disrumpuntur , & evanescunt .

Bonaventura in Opusc. de vitiis , & eorum remediis hæc scribit , quæ illum ex Bern. credo accepisse : Qui ad vitam anhelant spiritualem in duplice sunt differentia : quidam ira gratia à Deo præveniuntur , ut facillime immò multa cum suavitate , bona operentur , & à malo declinent , & eorum voluntatem sic inflammeret , ut maximo quodam fervore duci , quæ facere expediat , promptissime aggrediantur , quamvis dura sint ac difficultia . Quidam vero sunt , quos

Dominus ita quodammodo sibi relinquit, ut cum bonum aliquod opus agere velint, opus sit stimulis ac calcaribus pungi, quasi pigrum aliquod animal, in quibus gravior esse solet difficultas expellendi torporem mentis, quam sustinendi laborem actionis. Hi eti non ardent desiderio currendi post Dominum, desiderium tamen desiderant, juxta illud: *Concupivit anima mea desiderare.* Ps. 118. Habent enim voluntatem bonam, pigrum tamen ac tepidam, non ferventem. Primum igitur felicius, secundum laboriosus. Qui vero sunt majoris meriti, solus Dominus, qui spirituum ponderator est optimus, plene novit. Dicimus tamen secundos, si luctando seipso vincant, ita ut sibi compotes fiant, pugnandi consuetudinem & usum non parum meriti sibi conciliasse: verum tamen plerique in hoc certamine labescunt, nam antequam perfecte se vincant, difficultate defessi, vel quasi labore deterriti, de victoria desperant, atque ad finem, quo tendebant, pervenire posse diffidunt. Quapropter perfectionis studium intermitunt, & ad alias occupationes se convertunt, quasi vereantur Deum ipsos nolle in promissionis terram introducere, per quam charitatis perfectio significatur. Similes hi sunt filii Israhel, qui in deserto laboris tempore & timore hostium percussi, de consequenda victoria desperantes, terrae promissionis retraxerunt, qui tamen omnes mortui sunt in deserto praeter duos tantum Caleb & Iosue, per quos significantur, qui viriliter per tentationes transeuntes usq; in finem perseverant. Qui tamen pauci sunt,

quibus hoc contingat: ideo pauci egressi de seculo, seu de Ægypto, ad consummatam pervenire valent perfectionem. Primi tamen qui feliores sunt, utpote jam invenientes sapientiam ad valvas cum vigilat expectantem, majori indigent cautela ne seduci possint, nam divitiae levius comparatae largius diffundi solent, quamquam quæ paulatim, nec absque multo labore congregatae sunt.

Bonaventura in *Opusculo de perfectione vita ad Sororem suam*, docet his verbis modum orandi: Primò ita erectus corpore & corde, clausis sensibus omnibus: mox incipe meditari miseras tuas omnes presentes, præteritas, & futuras: deinde cum David rugito à gemitu cordis tui, cù publicano tunde pectus, cum Magdalena lachrymis riga pedes Iesu. Secundo converte te ad gratiarum actionem pro beneficijs acceptis tam generalibus, quam specialibus: est enim gratiarum actio maxime utilis in oratione, nec ullius momenti oratio esse poterit, nisi adjungatur gratiarum actio. Nam, ut inquit Bernar. ingratitudo est ventus urens fontem pietatis exsiccans, rorem misericordiae & gratiae fluenta non recipiens. Debet autem orans diligentissime cor suum compescere, ne quid aliu cogitet dum precatur, nisi id quod postulat: debet præter clamare toto corde, ne dum ejus dimidia pars in terra maneat, alteram ad cœlum levare velit. Vnde Glossa super illud. *Clamavi in toto corde meo*, affirmat divisum cor non exaudiri, nec unquam postulata posse impetrare. Oblitus ergo penitus exteriorum omnium, toto affectu, tota mente, tota de-

votione eniti debes, ut supra te extollaris, nec spiritum tuum ab oratione relaxes: sed tamdiu devotionis ardore sursum ascendere stude, donec ingrediaris in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei: ut ibi intuens ac degustans dilectum, in eum transformari, rapi, & absorberi possis.

Tribus de caulis fervens orator in mentis alienationem rapitur: primo admirationis: secundo devotionis: tertio exultationis magnitudine. Admiratio*n*is equidem magnitudine rapitur, cum divino lumine mens irradiata, & summa pulchritudinis admiratione suspensa, adeo vehementi stupore concutitur, ut a suo statu funditus excutatur, & in modum coruscantis fulguris quo profundius sui despectu in ima dejiciuntur visu pulchritudinis admiratione, eo altius sublimum desideriorum ardore sublata, & supra seipsum rapta clamare cogitur cum Hester:

Vidi te Domine, & conturbatum est cor meum præ timore glorie tuae. Valde mirabilis es Domine, facies tua plena est gratiarum Devotionis vero, quando flamma cœlestis desiderij, amorisque intimi adeo ex crescit, ut animam instar ceræ liquefactæ in seipso deficere cogat, & supra se elevata in alienationem transeat, veluti fumus directe ad cælum tendens, ita ut dicat: Defecit caro mea, & cor meum. Magnitudine autem exultationis rapitur anima in alienationem, quando divinae suavitatis inebriata dulcedine, quid sit, quid fuerit, penitus oblivisciatur, & in quedam supernaturali affectum rapitur, ut clamare non cesset: Nam dilecta tabernacula tua.

Ester.

15.

Ps. 72.

Ps. 8;

Cum igitur ad has suavissimas occupatio-
nes creati simus : non decet animam Dei
imagine insigntam , Domini similitudine
decoratam , Christi sanguine redemptam
circa temporalia voluntari , sed ascendere
super Cherubim , & volare super pennas
ventorum , id est . Angelorum ordines , Sed
heu (inquit Bern.) multi in Ecclesia sunt ,
qui cum studiose eniti deberent caelos pene-
trare , mente celestia circumire , cheros
Angelorum salutare , turpi se corporis ser-
vituti addicunt , carni obediunt , ventri &
gule turpissime famulantur .

D. Ber. Bernardus Serm. 32. *super Cantica* , expo-
nens quo pacto Dominus visitet animam , &
ab ea discedens , quomodo sit revocandus ,
sic scribit : Cum sponsus vigilijs , obsecratio-
nibus : & multo lachrymarum imbre quæsi-
tus fuerit , subito , dum teneri creditur , elaz-
bitur : rursusque lachrymanti & insequentis
occurrentis , comprehendendi patitur , non ta-
men retineri : nam subito quasi è manibus
euolat . At si precibus & fletibus devota in-
sistat anima , denuo ad eam revertetur , &
voluntate labiorum ejus non fraudabit ip-
sam : sed iterum mox abibit , nec videbitur ,
nisi rursum toto animi desiderio requiratur .
Igitur in hoc corpore poterit esse de sponsi
presentia frequens latititia , non tamen co-
pia : nam licet frequens visitatio latificeret ,
vicissitudo molestet , necesse est : quam
tamdiu dilecta patitur , donec corporeæ
farcinæ deposita mole libere ad celestia
avolet .

Ez Ser. 74. Ideo aliquando se subtrahit ,
ut ardentius vocetur , fortius tencatur

nām aliquando simulavit se longius ire, polens hoc, sed audire cupiens: *Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit.* Hanc ergo siam simulationem, imò salutarem dispensationem, quam tunc corporaliter exhibuit, non cessat idem Dominus speciali quodam modo cum devota anima sedulo actitare: abire namque illi dispensatorium est, redire vero semper voluntarium, utrumque autem plenum judicij, ac penes ipsum manet horum omnium ratio. Has ergo vicissitudines euntis & redeuntis Verbi signat, dicens: *Vado & venio ad vos: Modicum & non videbitis me.* O modicum & longum: modicum dicas Domine, quo non videbitis te? Salvum sit verbum Domini mei, nimis longum est, verumtamen utrumque est, modicum meritis, & non modicum votis: quia non tardabit. Quomodo non tardabit, si moram fecerit? Quia licet tardet ad vota, non tamen tardabit ad merita. Ex D. Bona. Opus cuius initium via Syon, quod Henrico à Palma à quibusdam tribuitur.

Ioan. 14

Ioan. 16

DE HUMILITATE AD contemplationem via, cur sapientia docti hujus veræ sapientie minus, capaces sint. Cap. XXXI.

Sunt quidam, qui renes suos & corda scrutantes, optimem miseras, quibus opprimuntur, conspiquent, ac veritate impellente veram adversus se proferunt sententiam: nolunt tamen ab alijs haberi, quales ipsi se intuentur. Et licet se viles aestiment, à

D. Ber. nemine tamen volunt parvipendi, quod est
 pessimum superbiae genus, ut Bernard. pul-
 chre differit Serm. 42. *super Canticum Longe*,
 inquit, sunt à vera humilitate, qui in com-
 muni congregatiōne degentes, specialia si-
 bi tamen volunt deferri ministeria, & à re-
 liquis tamquam præstantiores in his disser-
 ni appetunt. Bonaventura cap. 21. *Meditat.*
Caieta 22. *in ultimis verbis.* q. 182. pruden-
D. Bona ter moneret, ut hi qui alios in via Dei ad
Caieta. spiritualem profectum instruunt, dent ope-
 ram, ut prius in actionibus activæ virtutē hu-
 militer exerceantur, quam ad contemplatiō-
 onis fastigium ascendere velint: oportet
 siquidem passiones proprias prius domare
 actionibus humilitatis, mansuetudinis, patien-
 tiæ, liberalitatis, quam ad contemplatiō-
 vitæ scandere altitudinem. Hujus prioris
 virtutæ activæ penuria (ait Caiet.) multi
 non sensim, ut æquum est, in via Dei in-
 cedentes, sed saltantes, post maximam vi-
 ritæ sue partem contemplationi impensam,
 impatientes, iracundi, superbii, vacui deni-
 que virtutibus inveniuntur. Hi enim nec
 activam nec contemplativam nec ex ultra-
 que mixtam habent, sed super arenam fa-
 bricasse dici possunt: atque utinam non sit
 frequens defectus iste. Tu tamen intellige,
 quod licet efficacissimum remedium sit ad
 virtutes morales consequendas proprietatum
 criminum consideratio, oratio fervens, me-
 diatio virtutæ & passionis Christi, tamen hæc
 docenda sunt adhibita prius diligentia ope-
 rum exteriorum & internæ resistentiae. Viri
 perfecti quo virtutibus & gratia perfectio-
 res sunt, eo se reputant omnibus inferio-

res, & cum alij reputent eos ad secretiora
Dei arcana intrasse, ipsi vix se existimant
iter inchoasse. *Cum consummaverit homo,*
tunc incipiet. Ex defectu vel profectu Cleri-
corum & Religiosorum, exurgit profectus
vel defectus laicorum, juxta illud Ezechiel.
Cum ambularent Cherubim, ibant pariter &
rotæ iuxta ea, & stantibus illis stabant.

D.Bona

Ezech.

10.

Bernard. in quadam Epistola : Sicut pa-
tientia est via ad pacem, ita humiliatio, id
est, sui ipsius vilificatio in suo & aliorum
conspectu, & exercitatio in vilibus operi-
bus est via ad humilitatem. Sola superbia
effecit Angelos dæmones, & sola humilitas
homines reddidit Angelos : August. Fran-
ciscus dicere solebat paupertatem esse spiri-
tualem salutis viam, fomentum humilita-
tis, perfectionis radicem. Quando actuali-
ter nullo valetudinis periculo ad appeten-
dos, aut devitandos cibos cogimur, non ob-
servanda est eorum qualitas, sed oblatos
quicumque sint, cum humilitate edere de-
bemus, non enim vivere oportet phisice.
Bonavent. Si expetis Deum videre, si cupis
Deo conjungi, ama solitudinem, fuge colloquia sacerdotalium, ne queras novas perso-
narum amicitias, ne impleas sensus imagi-
nibus, aut phantasmatibus, quæ quietem
animi & mentis tranquillitatem inturbant,
quæ omnia devitanda sunt tamquam
noxia & animæ inimica. Nam non immer-
to Patres illi sancti nemora petentes, in
loca ab omni hominum commercio remotissima,
se conferebant : his vero, qui in cœ-
nobio remanebant, imperabant, ut quasi
cæci, surdi ac muti viverent. Secede ergo

272 SECUND A P R
sicut turtur, habes enim verecundum spousum, qui tecum oblectari renuit in aliorum conspectu. Hæc Bonavent. c. 18. Medit. & Bern. Ser. 4. Cant.

Radix ac principium totale spiritualis pacis & quietis est resignatio voluntatis in Deum. Vnde quidam assidue hoc secum dicebat: Accipe Domine cor meum, tibi illud trado, tibi illud remitto, operare in eo, ut libet, nihil volo: (de præsentibus indifferentibus) non enim voluntate mea ducor, quam semel tibi renuntiavi, jam non voluntati mee morigeror, cum aliena sit, & penitus extra me posita.

Audi quæso consilia hæc: Ama nesciri, & pro nihilo reputari, dilectus eris Deo & hominibus, diabolus te formidabit, nihil enim illi acrius adversatur, quam humilitas. Zachæe frater descendit de altitudine scientiæ tuæ: disce humilitatem & mansuetudinem in schola Christi.

Si queras, cur plerique Religiosi eruditione insignes, relicta vera sapientia, qua Deus interius colitur, idola adorent, id intellige fuisse in causa: quod mentem diversimoda eruditione, & multiplicibus argumentis quasi quibusdam imaginibus impleverint, in quibus sic occupantur, absorben-tur, ut vera sapientia in eis locum non inveniat: anima illa argutiis subtilibus intenta, ita infeliciter captiva detinetur, ut nullum ex ea oriri possit spiraculum, quo per flammigeras affectiones creatorum suum contingere valeat. Non Dominus animas creat, ut se illa pessima oceupatione diluciet, sed ut fiat sedes sapientiæ, in qua

fedeat Rex pacificus. Hæc est vera sapientia & Theologia : quæ ab Spiritu sancto illuminationibus ac cœlestibus distillationibus edocetur. Hæc intellectum illuminat, affectum inflammat : quietem confert. Illa Theologia nisi hanc habeat sociam , inflat, inquietat , numquam dicit ; Sufficit , sæpeque inebiat variis opinionibus vel etiam erroribus. Emere Christum , pro eo trade omnia commoda tua : quod si feceris, citissime re ipsa videbis , quot affluas solatijs. Diligenter te in ejus vita & passione exerce : ibi enim necessaria omnia & utilia invenire licet , nec aliquid extra Iesum quereras, cum in eo sint omnes thesauri sapientiae & scientiae. Ama paupertatem propter Christum , in ea maximam invenies requiem: pretiosissimum Dei donum est voluntaria paupertas. Divitias habere & amare perniciosum : habere , & non amare laboriosum: quapropter expedit nec habere , nec amare hisi necessaria , quæ ea sunt , sine quibus commode esse nequeas , reliqua vero nec appetenda , nec procuranda , aut si sponte offerantur , recipienda sunt.

Plura de humilitate : de nemine iudicando : usurpanda varia pro variis temporibus exercitia : temperanda ne amittatur devotionis spiritus.

§. I.

Bernard. super Missus est. Nimirum conservandæ humilitatis gratia divina solet pietas ordinare , ut quanto quis plus profi-

cit, eo minus se reputet profecisse. Nam usque ad extremum exercitij spiritualis gradum si quis ascenderit, aliquid ipsi de primi gradus imperfectione relinquetur, ut vix primum se judicet adeptum.

Et *Cant. 37.* Quid scis ô homo, si unus ille quem forte omnium vilissimum atque miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam ac tamquam fædissimam horres, ac propterea illum non modo præ te, qui fogte jam sobrie, juste, & pie vivere credis, sed etiam præ sceleratis omnibus tamquam omnium sceleratissimum spernendum existimas: quid scis inquam: si melior & te & illis mutatione dexteræ excelsi in se sit futurus, & in Deo vero jam sit? Nam ideo non mediocrem, non penultimum ipsum inter novissimos eligere locum nos volunt Dominus, sed, recumbe ait, in novissimo loco, ut solus videlicet omnium ultimus sedeas, teque nemini non solum præferas, sed neque conferre presumas. *Bernard. sermo 4. super Cant. plene edocet,* quam abstinendum sit ab alijs judicandis. *Noli esse alienæ conversationis,* aut curiosus explorator, aut temerarius judex: & licet aliquid perperam actum deprehendas, nec tunc quidem proximum judicare velis, sed potius intentionem excusa, cum o era excusare non valeas, & ignorantia, subreptione, aut casu delinquisse existima. Si vero dissimulationem, aut excusationem omnem rei certudo recusat, nihilominus dic intra temetipsum: Gravitatione oppressus cecidit, quid facerem, si me illa impetiflet? *Gravius fortasse ac* perui

perniciosius succumberem. Viri qui non exiguos in contemplatione progressus fecerint, s̄epe in ordine erudiendi alios falluntur: nam volunt tyrones incepere in his, quæ ipsi tanto temporis spatio, tanto menti labore adepti sunt. Nec minus erga seipso fallit aliquando contingit: existimant enim si in his unionibus & exercitijs, quibus nunc fruuntur incepissent, fieri potuisse, ut citius ad eam vitę conditionem pervenirent.

Bonaventura in prologo Opusculi quod D. Bon.
Speculum disciplinae inscribitur, docet prudenter pro temporum & locorum varietate varie exequendas esse vitę spiritualis regulas. Prudens, inquit, ut rerum vicissitudo exigit, ita se tempori accommodat, non se mutans, sed potius aptans, velut manus, quæ eadem est in palmum extensa, & in pugillum coacta. Hugo dicit nos ante cibum oportere esse hilares, ne abstinētia gravis & molesta anima videatur: at post cibum tacitos decet esse & modestos, ne gula nos infāce videatur: notum enim est temporis alicium non præterire, de quo ratio reddenda non sit

Bern. in Sermone ad solitarios. Hoc maxime curant spiritualibus exercitationibus dediti, taliter se circa exteriora occupare, ut devotionis spiritum non extinguat: unde licet extrinsecus bonorum operum exercitiis fatigentur in corpore, intrinsecus tamen reficiuntur in mente. Bonaventura de Ecles. Hierarch. Sicut carnale matrimonium duos in carne una constituit, ita spirituale matrimonium inter animam & Deum duos in spiritu uno conciliat. Nam qui adhaeret Deo,

trus spiritus efficitur cum eo. Bernardus
serm. 8. super Cant. Scientia absque charita-
te inflat, charitas sine scientia errat. Bern.
Quidam beneagent ex ratione, id est, quia
ratio suadet: alii ex amore, quia amore
Dei incitantur; horum tamen melior con-
ditio. Qui enim amore Domini ad opus im-
pellitur, laboribus non fatigatur, adversitatibus
non impeditur, nulla re extranea fran-
gitur ob dilatationem cordis in operis ex-
ercitio concurrentem. His nihil interiorem
admit pacem, nihil sursum actionem cor-
dis ad Deum inturbat.

EXIGVI PROFECTVS AR-

gumentum levibus de causis pacem
internam amittere: necessaria ad
eam obtinendam documenta. §. 2.

EVidentissimum exigui profectus in vita
spirituali argumentum judicatur, qua-
cumque levi causa interveniente quietem ac
pacem internam amittere, replerique po-
tentias cognitives imaginibus externis quas
vix propulsare valeat. Hinc sit ut tyrones
in exercitio vita spiritualis deserta loca se-
per appetant, & omnia negotia recusent,
quamvis pia & proximo utilia sint. Ego no-
vi quosdam in conjugio permanentes, qui
cum se vellent spiritualibus exercitationi-
bus tradere, familiæ suæ cura maxime cœlia-
bantur: postea vero temporis progressu,
tantum in vita spirituali profecere, & inter-
nam quamdam pacem, & assiduam animi
tranquillitatem sunt adepti, ut nihil do-

meſticis negotijs , aut alijs quibuscumque incidentibus perturbarentur , nec umquam ab illa suavissima quiete distraherentur. Et si aliquando paulisper ab ea recessisse contingat , mox ad ſe revertebantur : imagines vero , ſi quas conceperent , nullatenus animo incedebant . ſed tranſeunter præteribant : erat enim illis divino munere conſeffa viſ , qua eas abigerent. Quibus huic ascendere licuit jam nullo labore torquentur , cum ſuis affectionibus r eſiſtunt , eas namque vel nullas , vel tenuiſſimas gignunt erga nullum ſenſibile ardenti feruntur appetitu , non anguntur ſcrupulis , cum habeant cor charitate dilatatum , in omnibus actionibus ſuis ſolam Dei gloriam r eſpiciunt : quæ libertas non ſinit eos ſcrupulis inquietari , nec imperuofis affectibus moveri , erga quæcumque ſenſibilia ; nam divinæ dilectionis fervor interne ardens affectiones omnes externas , quaſi paleas abſunxit. Vnde pro nihilo dicitur hoc vel illo cibo , aut alio quocumque bono ſenſibili carere , quia nihil in ordinare amari. Quantumcumque ſœda & turpia malignus ſpiritus cordi tuo ingrat : tu tamen ea nihili pendito & internum intutum ſimpliſter & deſpective mox ab illis averte. Muſto enim me iuxta ea conteres , ſi ſpreveris , quam ſi illis intentus immorari velueris , nec umquam eis ilimes te ex his , quæ diſplicent confefſim culpat aiquam contrahere. Aliud enim eſt ſpirituales fordes in te ſentire , aliud eis conſentire : priuum non eſt impium , ſed ſecundū.

Ne ceſſes à percipliendo Eucharistiæ Sacramento , neve alia pia exercitiū a omittas ,

obnubilationis, aut paupertatis internæ causa, aut propter angustias, quibus, Deo sic disponente, affligeris. Licet enim temporalia, ac spiritualia exercitia hujus calamitatis tempore sint insipida, Deo tamen (si modo facias, quod oportet) gratissima esse scito: neque existimare debes esse certissimam devotionem, mollitatem illam ac cordis dulcedinem sensibilem, qua aliquis facile in lachrymas resolvitur: quam gentiles & haeretici plerumque habent: sed vera devo-tio est bona voluntas, qua se homo paratum offert ad cultum, honorem, ac beneplacitū Domini. Hęc permanent, etiam si cor aridum & mens sterilis sit, ideo ne inordinate dulcedinem illam appetas, sed paratus esto illa carere, si Deo sit placitum, non enim in donis Dei, sed in Deo solo quiescendum est. Si forte psallendi tempore invito tibi aliquæ vanæ cogitationes occurrant, ne ob id inquietus, impatiens, aut nimis sis anxius, sed humiliter resigna te Deo, neque exulta, cum ejus clementiam consideres nos in oratione indigna cogitantes benigne ferentem.

Ad perfectionem aspirans minimos etiam defectus extinguere cūret, dummodo ne à facie Domini umquam discedat, & quasi perturbatus, multa apud se cogitat de peccato suo, sed humiliter simul & confidenter ad Deum conversus agat de sua iniquitate & ingratitudine, & veniam postulans, in conspectu Domini se ipsum deplorat. Offerat etiam cælesti Patri labores ac passiones Filij sui pro suis defectibus: si vero aliquibus scateat, quos vincere nequeat, ne

labatur animo , sed omnia sua plene Deo committens, & se in eo resignans, tranquillus patiens, longanimis perseveret, & si millies in die ceciderit, toties cum spe venie resurget. In omnibus suis actionibus & omissionibus diligentissime investiget, an querat Deum, an seipsum : si intelligat seipsum querere, mox se abneget ac relinquat: & solum Deum teto amore , ac tota cordis intentione prosequatur. Creaturas omnes semper intueatur, quasi quosdam Dei effluxus , non considerans eas in seipsis , sed in Deo , vel Deum in ipsis. Assuescat unire opera omnia sua ac pia exercitia sanctissimis Christi operibus atque exercitijs : quod si faciet opera ipsa, quæ suapte natura vilia sunt & imperfecta , maximi momenti coram Deo efficiuntur , & gratissima erunt in conspectu eius , veluti aquæ gutta , quæ vi no mixta optimum eius colorem ac saporem accipit.

In his quæ agenda sint , ne concitatus , precepit aut violentus rapiatur , neve illis immoderato affectu tamquam captivus alligetur : ne abeat post importunos cordis sui impetus , sed rationis fræno dominetur & sibi ac suis actionibus. Quidquid puritatem , aut animi sui libertatem impedire valet , prudenter devitet, irrationabiles vanosque conscientiæ scrupulos fortissime expellat , nec nimis sollicitus sit de rebus temporalibus vel externis. Infatigabiliter cum Deo per internam orationem colloquatur , pia desideria , ardentesque aspirationes ad illum emittens , relicta omni multipl citate , uni Deo hæcere discat. Si tamen introversionem

hanc fixamque ad Deum cogitationem retinere nequeat, ne animum desponeat, sed perseveranter emitatur illam ad Dominum revocare. Nam postquam satis bene in hujus consuetudinis habitu firmatus fuerit, tunc absque labore ullo Deo rebusque divinis libere vacare poterit: existiment etiam magnam esse infelicitatem ullo temporis spatio quantumvis brevissimo à Domino elongari.

Hunc orandi modum per aspirationes, & jaculatorias oratiunculas pio plenas affectu, quas amanter in Deum jactulamur: omnes testantur efficacissimum esse atque utilissimum O bone Iesu, ô dilekte, dilekte, dilekte, ô dulcedo, quando mihi moriar? quando in te transibo? quando tenacissime tibi uniar? quando ardentissime te am. b)? Utinam nec una sanguinis gutta in me maneat, que non sit tui amoris igne ieculta. Si ergo indefesso studio mortificationis ac resignationis, hoc introversionis addamus studium, fieri tandem, ut ad requiem unitatemque spiritus cum Deo (bonum quod est inestabile) etiam in hac vita perveniamus, modo non conatu nostro sed gratia ac ipsius Domini miseratione id nos adipisci posse credamus.

*AB DICATIONE PROPRII
judicii humilitas comparanda: ca-
vendum ne pro vera charitate natu-
ralis amoris passio habeatur. §. 3.*

VT te ipsum plene cognoscas, & humilis, scito te tribus constare principijs,

Nempe ex uno nihilo, ac duobus alijs pejoribus, nihilo, scilicet ex eo quod eras antequam tibi natura data esset, & hoc nihil est, atque ex alijs, quæ tibi ex te addidisti, ac apposuisti naturæ tibi datae, scilicet culpas plurimis. & pœnitentes quæ culparum sunt effectus. Culpa autem peius est nihilo, nam cum nihil sit, fingit se esse aliquid: reatus etiam pœne æternæ, quæ est prima pœnalitas, deterior nihilo est, dicente Domino: *Melius illi esset, si natus non fuisset homo ille Tbi ergo relictus, es quædam pulcherrima chimera constans ex tribis optimis principijs, scilicet ex nihilo, ex culpis, ex pœnitentibus, & cum omnia hec ita sint, tu tamen superbis.* Heu mihi quia sapissime eadem peccata, quæ confiteor, scelerate repeto, semper me in melius commendare proponens, numquam tamen id efficio: & hinc conjicio quantum abit humilitas à confessione mea: nam si alter me accusaret, de his, de quibus ipse me accuso, patienter pati non possem. *Bern. de interiori domo c. 32.* Si vis amari, amia: nihil enim ita debitum, nihil ita naturæ consentaneum, nihil ita efficax, ut diligaris, quam si tu primo diligas: id enim, teste Seneca, amatoriū philtru est absque beneficij: & carmine.

Sæpe superbia ex pusillanimitate ori solet, ut puta quando aliquis non auscultat Præfecto rem aliquam arduam præcipienti: nam hoc non faceret nisi sapiens esset in oculis suis; nisi nimis sibi placens, judicium suum Prælati judicio præponeret. Humilitas vera non pertinax est, aut obstinata, sed cum tremore obtemperat. *Greg. in Dial. de D. Greg.*

libertino quodam. Vnde Climacus scribit hominem judicio proprio affectum , nec seniorum monitis cedentem , non egere dæmon tentante , quod ipse sibi factus sit dæmon : is enim habendus est omnis homo arrogans & seipsum sui ducem constituens.

Gerson.

Apud Gersonem comperi prudentissimum modum quo plene convinci possint , qui in suis exercitationibus corporalibus aut spiritualibus proprio iudicio assumptis , obstinate permanerent. Convenit ipse Gerson mulierem quamdam in conjugio viventem , quæ nisi post tres vel quatuor dies eibum sumere solebat , (tunc vero id voracissime faciebat) fatebaturque se à nemine edoctam sed sic vivere solitam , quod se indignam , quæ pane vesceretur , reputaret. Petivit in primis ab ea Gerson , an crederet aliquos esse , quorum authoritas , fides , & prudenteria majoris essent apud eam momenti , quam propriæ estimationis iudicium : quæ mox gemens respondit demissis oculis , se miseram esse peccatricem & omnium ineptissimam : subintulit Gerson . si hæc quæ predicabat vere de se cognovisset , quo pacto si ne cujusque alterius consilio tam insolitam , & ab aliis sanctioribus non observatam abstinentiam sequeretur. Ceperit illa , nescio quas verborum ac responsoris ambages involuere : cum enim nullam penitus reddere posset rationem , ac latenti intus superbia nollet fateri se convictam nitrebatur verbis eundem obtundere. Tunc ille testatus est , dicens , nisi fatuam hanc abstinentiam dimittas , & te peritosum consilio subdaris , scito te in maximo salutis discrimine versari;

ri: quibus dictis. cum illa nihil respondisset, tandem abiit, nec postea rescivit, animo mutasset.

Merito & vere inquit Gerson lib. de dist. verarum à fals. Spirituales personas nihil æque habere suspectum, quam amorem suum erga Deum, aut personas alias sanctas, saepe enim fit ut naturalem amorem ex consuetudine, vel alia de causa genitum, dilectionem spiritualem putemus. Est enim amoris passio inter omnes vehementissima, ac ideo dum erga Deum hæc vigerit passio, plene opinatur homo se frui Deo: ut scribit contigisse cuidam feminæ, dictæ Maria de Valentiana, quæ hac ardens passione pallam dogmatizabat eos, qui ad eminentiam illam divinæ dilectionis pervenissent, liberos esse à præceptis. Alius item non parvæ existimationis vir eodem modo deceptus, dicere solitus erat, non omne peccatum mortale charitatem corrumpere, immo potius illam aliquando acrius incendere: ut si quis ex considerata vel experta fornicationis delectatione in admirationem, laudem & amorem divinæ bonitatis atque dulcedinis ardenter excitaretur. Non plene cognoverat delirus ille, quid interesset inter amoris passionem & sinceram charitatem.

Hinc etiam patebit quantum periculi secum afferat familiaritas virorum licet sanctorum cum fæminis quamvis sanctis: nam saepe amor in spiritu incipiens, in carnalem transit amorem, & tandem desinit in turpem, mentes enim quamvis ferreas libido domat, diabolus vero semper laqueos tendens, & retia, viscum semper habet para-

tum. Signum amoris non sinceri erga famam hoc sit, si ex vehementia amoris difficile tibi sit & molestum ab ea divelli, longius abesse. visitatione cessare, & si credas te in Domino spiritualiter eam diligere. Hoc certissimum habeto, præsertim quando corporis decor, ætas, aut eloquentia, aut alia humana causa motivum seu illius amoris incentivum jidicabitur. Qui enim pure virtutem diligit, cum sedes illius spiritus sit, nil curat corpusculi conditiones; quamvis Poeta dicat: *Gratior est pulchro veniens de corpore virtus.*

Insuper quod maximè mirandum est, sæpe accedit ut arcano Dei iudicio, aut dæmonis astria, post amissam charitatem, sentiat in se homo omnia indicia ac signa prioris dilectionis ac devotionis & putet se divino agi spiritu, cum tamen hæc omnia ex quodam informi habitu proveniant, & priorum exercitorum usu nondum penitus expulso.

Quis hæc audiens non obstupescat? Quis hæc meditans non exhorrescat? Oportet ergo in humilitate ac timore incedere, ac semper audire Apostolum dicentem: *Qui se existimat stare, videat, ne cadat.* Et sapientē dicentem: *Est via quæ videtur homini recta, novissima vero illius ducunt ad mortem:* & nescit homo odio an amore dignus sit. Ideo exclamavit Sanctus O altitudo divitiarum Et aliis: *Terribilis in consiliis super filios hominum.* Si hæc consideratio ad humiliationem misericordiæ nostræ non sufficit, quæ alia sufficere possit, ignoro, inquit Ger son. Ut hemina in hos temptationis laqueos non incidat, præ ceteris hoc coram oculis habeat: privatam

*Cor. I.
pro. 14.
Eccl. 9.
Rom. 11.
Pj. 65.*

devotionem ac spiritualem dulcedinem obedientiæ , aut proximorum saluti numquam præferat: omnibus in necessitate quacumque constitutis misericordiaæ viscera benigne exhibeat, seipsum numquā querat, sed ubique pro Dei amore se abneget, sinceram ac intimam humilitatem à Domino assidue efflagitare non cesset.

*ARDENS ORATIO AD
postulandam charitatem.
Cap. XXXII.*

O Btestor te exorabilis Pater , per venerandam Filij tui humilitatem , ut repellas à fervo tuo omnem animæ fastum & arrogantiam , omnem ostentationem & insolentiam , omnem inanis gloriæ appetitum amarulentiam , & dolum omnem , simulationem , omnem contentionem , pertinaciā nullumque indicium elati animi , aut vani in verbis , aut moribus meis appareat: ne permittas me aliquando privari donis misericordiæ tuæ , numquam alium despiciam , numquam alicui me præponam , numquam me extollam. Deprime cervices mei interioris hominis , sim semper parvulus in oculis meis: da mihi cor humile , tractabile , benevolum / quod amicos diligat in te , inimicos vero propter te mansuetum , tranquillum , serenum , cælesti igne semper æstuans , de fratribus bene sentiens , cor in adversitate ac peccatis aliorum dolens , in prosperitate vero de eorum meritis exultans , cor

Denique flens cum flentibus : & gaudens
cum gaudentibus. Co mēm faxeom scinde
tuæ potentissimæ virtutis novacula , intime
imbue tua suavissima unctione , ut sit pius,
melle, tenerum , ut semper ex alienæ cala-
mitatis commiseratione resolvatur , & ex re-
cordatione inenarrabilis tuæ dulcedinis col-
liquescat. Scaturiat Domine in me miseri-
cordia tuæ munere sanctorum , ac dulcium
lachrymarum vena , quibus abluer , nutriar,
refrigerer , satier : erumpat ex oculis meis
tua visitatione perculsis fons aquæ hujus ,
quæ ex intimo tui amore , & cælestis patris
desiderio exoriatur. Ne quoq ; mihi extre-
ma ovinula tuæ , optatissimæ hujus gratiæ
deneges portiunculam , qua patres meos
largissima liberalitate perornasti : alioqui
scio , quod interno gelu obrigescam. Con-
verte obsecro aridam , sterilemque cordis
mei terram in fertilem & itriguam. Ego pro-
odiosa cordis mei duritia offero tibi gratissi-
mam pietatem cordis Vnigeniti tui , ut illa
hac expieret. Da mihi nulli penitus esse in-
jurium , erga neminem male affici , nullius
improbitate perturbari , immo omnium mo-
res , imperfectiones , ignorantias æquanimi-
ter ferre: amor tuus ita me teneat ac reddit
occupatum ut fratrum meorum defectibus
numquam immorari velim. Pater clemen-
tissime , da ut estrænati ac præcipites animi
mei motus à me propellantur , & omnia que
agenda sunt , tranquille , opportune , com-
posite in tuo nomine aggrediar ac perficiam.
Largire mihi Domine sanctæ quietis ac otij
secretum , ne permittas me turbulentu hujus
maligni sæculi strepitu vexari , nec

improbis externarum rerum occupationibus distrahi : sed libera spiritum meum ab impedimentis omnibus, ut tibi libenter serviam , quamdiu hujus corporis carcere detineri contingat. Hæc sit pars mea, hæc consolatio exiliij mei, ut ab inquietis curis prorsus expeditus tibi vacem, laudes tuas canam, in te exultem, tibi adhæream, in te conquiescam , sed eamque in silentio , ut sic pacato animo suscipere possim vocem & doctrinam celestis sapientie. His studijs peregrinationis mætædium mitigem , & calamitosę hujus vitæ molestias æquanimiter perferam. Igitur Deus meus dulcissime , ardor suavissime consume prorsus quidquid in me tibi displicer , & quidquid mihi obstat , ne tibi plene uniar. O maius magnum totius dulcedinis absorbe me , demerge me in tui amoris abyssum , ut ibi absorptus non mibi , sed tibi vivere possim. O lumen semper lucens illumina me. O ignis, qui semper ardes, & numquam extingueris , accende me. O amor , qui semper ferves , & numquam trespescis, absorbe me , & transforma in te faucia me jaculo amoris, & medullas repentes flammis incende salutaribus. Scribe dígito tuo in pectore meo dulcem tui memoria , quam nulla umquam oblivio deleat, tribue visum qui lucem tuam incomprehensibilem intueatur, cui omne aliud visibile præter tuae clairitatis radios molestum sit. Largi te auditum cui solum jucundum sit dulcissimam vocem tuam audire. Crea in me olfactum, qui non nisi unguentorum tuorum odorem percipiat. Forma palatum , quod

ni hil præter sapore tuos & suavitatis tuæ abundantiam gustare possit. Tam potentia flamma amoris tui, medullas ac omnia interiora mea exurito, ut consumptis vitiosis cordis mei affectionibus, ignitis tui desiderijs tantummodo æstuem. Impingua denique me adipe & pinguedine tua ut labijs exultationis te laudet os meum.

*Quo pacto cor & caro reformatur, &
de variis conditionibus ac affecti-
bus orationis. §. unicus.*

Bernardus ad Fratres de Monte Dei, exponens quo pacto in eo, qui perfectio viriliter incumbit, non solum spiritus, sed etiam caro reformetur, sic scribit: Inordinata natura per peccatum & à suæ rectitudinis conditione semota, si ad Deum convertitur, recuperat cito pro modo timoris & amoris, quem erga Deum habet, quæcumque perdidit averta: & ubi spiritus expedit ad imaginem conditoris sui reformari, mox etiam restorescens caro sponte incipit reformato spiritui conformari. Nam & contra sensum suum incipit eam delectare, quidquid spiritum suum delectat: insuper & pro multiplici defectu suo ex peccati pœna multipliciter ad Deum sitiens, nonnumquam rectorem suum præcedere contendit. Delectationes enim non perdimus, sed mutamus de corpore ad animum, de sensibus ad conscientiam: furfureus namque panis, aqua simplex, olea & legumina simplicia pro Christi amore ac internæ delectationis desiderio mirifice delectant. Sanata natura & tandem firmæ recipita valetudini, statim naturalibus ac sim-

plicibus alimentis arridet : laboris usus diutinus gignit in rustico duros nervos, fortis lacertos, quem si torpere otio sinas, mollesceret. Non aliter evenire videmus in Dei servis , in quibus voluntas gignit usum , usus producit exercitium , extremitatio vero in omni labore vires subministrat. Consuetudo enim consuetudine vincitur , & necessitas necessitate expellitur.

Idem Bernardus *in eodem lib.* affirmans cellam , in qua quis stabiliter perseverat, omnium bonorum esse officinam , scribit : Neminem in uno animum suum posse figere , qui non prius alicui loco perseveranter corpus affixerit suum : nam qui animi ægritudinem migratione de loco ad locum effugere nititur, similis illi efficitur , qui corporis sui umbram fugiat. Ibi etiam diligenter monit , ut servi Dei singulis diebus horam habeant praefractam ad recolendum beneficium passionis , quod est , inquit, manducare carnem & sanguinem Domini spiritualiter. Nam amorem divinum in nobis lactat lectio , pascit meditatio , confortat & illuminat oratio : inter meditanda, primum docet obrinere locum redemptionis mysteria. Consultit præterea , ut quæ sint ardentera legamus , similem enim lectiōnem similis sequitur meditatio.

Ibi definit orationem, dicens: Oratio est affectio hominis Deo adhaerentis, & familiaris quedam ac pia allocutio & statio illuminatæ mentis ad fruendum quamdiu licet. Observatio est anxia ad Deum instantia , ut succurrat benigne , & spiritualis gratiæ particulam largiatur. Postulatio ad temporalia

290 SECUNDA PARS

petenda pertinet. Gratiarum vero actio-
Prima nem , de qua Apost. scribens , inquit :
ad Thes *Sine intermissione orantes , semper gratias*
fa. 5. *agentes ; sic definit : Est quædam mentis be-*
neque compositi animi bonitas , qua semper
pro omnibus oramus , & in omnibus gratias
agimus , quæ tot modis in oratione vel gra-
tiarum actione se jugiter in Dcum refundit ,
quot in suis tribulationibus vel consolatio-
nibus . compassionibus , aut congratulatio-
nibus proximi causales materias invenit
pius affectus : qui vero talis est semper in
Spiritus sancti gaudio habitat.

Ibi etiam aliquando evenire scribit , ut
 in iipienti , non querenti , nec pulsanti
 gratis detur puræ orationis affectus , & dul-
 cedo illa , quæ perfectis dari solet pro præ-
 mio sanctitatis : veluti si paterfamilias ser-
 vum suum ex insperato ad mensam filiorum
 admittat , quod ideo facit ut vel illum ad
 meliora accendat , vel de sua negligentia
 accuset & convincat. In quo , inquit , proh
 dolor plurimi falluntur : arbitrantur enim
 jam se filios esse , quod filiorum pane pas-
 cantur , atque deficientes unde prosicere
 deberent (nempe à visitante gratia) à co-
 gitatione sui ipsius recedunt , existimantes
 se aliquid esse , cum revera nihil sint : ciba-
 vit namque eos ex adipe frumenti.

Ibi etiam spiritualiter exponit illud :
Etenim passer invenit sibi domum. Vbi per-
Ps. 80. tuiturem intelligit perfectos , qui eti si in ex-
Ps. 83. celo contemplationis requiescant , & in
 virtutis robore firmati sint , tamen timen-
 tes sibi , à superbia semper se premunt , sem-
 per se dejiciunt in id , quod incipientium

est. Et quia infra se descendunt, ac gementes cum turture humiliantur, inde altius ascendunt, reponentes in secretissimo loco pullos suos, id est, affectionum ac contemplationum suarum fructus. Passeres autem eos esse dicit, qui ardentissime ad contemplationis excelsa tendentes, qu si volitantes festinant, nondum gravitatem, ac turturis maturitatem asecuti, sed nitentes ad ea, quæ persecutorum sunt, nona elationis presumptione, sed pietatis amore. Igitur ò anima jam à passionibus libera, vola ad contemplationem, & dicio: *Vultum tuum Domine requiram.* Confide, quia scriptum est: *Adjuvabit eam Deus vultu suo.* Adjuvat enim Deus vultu suo se intuentem, moveat ac permoveret & attrahit summi boni pulchritudine se contemplantem.

Ps. 26.

Ps. 45:

Ibi etiam scribit: Studium proficiens animi est scrutari virtutes, non tam flores quam radices, non ut luceant, sed ut sint: non ut haberi videantur, sed ut re ipsa possideantur. Vitiorum verò plus in semetipso metuere appetitum quam ab aliis impetur, plus contagium quam malitiam. Nam quae admodum virtutes diurno usu & studio perseverante transeunt in affectum, & efficiuntur quasi naturales: sic levissima vitia remissoris licentia opportunitate quasi naturalia efficiuntur ob consuetudinis efficaciam, quæ semel acquisita nisi pertinacissimo studio vinci vix potest. Proficiens ad contemplationem sic progredi debet: nam recogitatis omnibus bonis, quæ de Deo vel ad Deum sunt, tandem voluntas proficit & acrius insurget in amorem eorum, quæ

cogitantur. Inde sit, ut transire liceat in sapientiam, in saporem Domini, cum suauissimum saporem ex donis Dei percipiat. Denique quod erat prius intellectio cogitantis, sit contemplatio amantis percipiens spirituales quasdam divinæ suavitatis experientias & fruitionis gaudium. Tunc autem nihil aliud sit in intellectu & voluntate nostra quam exultare, ac jubilare in memoria abundantiae suavitatis Domini: & vere sentit de Domini bonitate, qui in simplicitate cordis quæsivit illum. Cogitatione tamen huc pertinere non est in cogitantis arbitrio, sed in gratia donantis. Nam Spiritus sanctus quando, & quomodo, ac quibus vult, aspirat: hominis vero est jugiter preparare cor & expedire animum a terrenis sollicitudinibus, occupationibus otiosis & negotiosis, ac nonnumquam etiam a necessariis, ut in die bona Domini & in hora beneplaciti ejus, cum audierit vocem spiritus spirantis ea, que contemplationem excitant, libere intellectus ac voluntas sibi invicem concurrentes cooperentur in bonum, & quasi symbolum faciant in gaudium contemplantis. Præsentet memoria fidelem materiam, exhibeat puram affectionem voluntas, præstet intellectus experientiam suavitatem.

Vt autem huc pervenire valeamus, maxime necessarium est ei, qui altissimum contemplationis cacumen ascendere nititur, intentiones omnes cordis sui intime scrutari, scilicet, ut plene intelligat, quid illud sit, quod toto cordis affectu appetit, & qua de causa id exoptet, ac quibus modis fieri cu-

piat. Sunt enim quædam cogitationes ac
 affectiones ad Deum seu divina quasi extrin-
 secus incidentes , & prætervolantes , quæ
 plane inter otiosas deputandæ sunt : nam
 et si aliquando usque ad animi delectatio-
 nem procedunt , citò tamen se inde excutie
 animus compos sui. Si verò animus plane
 cognoscat totum id , quod expetit esse
 Deum , tunc discutiendum est , quanrum &
 quomodo velis , & utrum id velis usque ad
 tui ipsius , rerumque omnium quæ sunt , vel
 esse possum , contemptum : hoc autem non
 solum judicio rationis , sed ex totô mentis
 affectu , ut videlicet affectio illa sit plus
 quam affectio , scilicet , ut amor sit , ut dilec-
 tio sit , ut charitas sit , ut unitas Spiritus
 sancti sit. Unitas spiritus cum Deo nihil
 aliud est , quâm perfectio voluntatis cum
 Deo & in Deum proficientis , quæ non so-
 lum id vult , quod Deo placitum est , sed sic
 est affecta , sic in affectu proiecta ut nequeat
 velle , nisi ea , quæ Deo placita esse cognos-
 verit. De his qui hic adhærent , dicitur : *Qui* 1. Cor 6.
Deo adhæret unus spiritus est cum eo. Huic
 igitur perfectioni nutrienda est voluntas ,
 præparandus est semper animus , cavendum
 est , ne voluntas , quæ cohibenda est , in ex-
 ternis dissipetur amor : qui soli Deo servan-
 dus est , ne inquietur : huc denique ascen-
 dere , id est esse perfectum , & viam hanc
 relinquere , nil aliud est , quâm nolle esse
 perfectum. Ad id enim creati sumus & vivi-
 mus , ut similes Deo simus , perfectio nam-
 que hominis similitudo Dei est , quam nisi
 prædicto modo conseq'ui possumus. Hæc
 Bernard. ibi , ut ex verbis ejus coniucere
 potui.

Agit etiam ibi paulò inferius de spiritua-
libus coruscationibus, quæ aliquibus viris
spiritualibus ostenduntur. Dicit enim quod
quamvis cognitio ac visio Dei in via sit
ænigmatica, & quasi per speculum : ali-
quando tamen dilectio ipsa Dei vicissim
lumen quoddam vultus Dei ostentare so-
let, quemadmodum lumen in manibus clau-
sum patet, & latet ad gestantis a bitrium.
Adducitque ad hoc verba Job. 36. ultima:
ut per hoc quod quasi in transuersu vel in
puncto videri permittitur, animus ad ple-
nam possessionem æterni luminis & heredi-
tatem plenæ visionis Dei acrius inardescat.
Cui, ut quod sibi deest, aliquatenus inno-
tescat, nonnumquam quasi pertransiens
gratia amantis sensum perstringit, & rapit
in Deum, id est, à tumultu rerum ad gaudia
& silentia : & pro modulo suo ad punctum
seu temporis momentum idipsum ostendit
ei videndum, sicut revera est : interim
etiam & ipsum efficit in idipsum, ut sit suo
modo, sicut illud est. Postquam autem hoc
percipiens didicerit quid intersit, inter-
mundum & immundum, redditur sibi, &
remititur ad emundandum cor ad visionem
atque ad apianum animum ad similitudi-
nem : ut si aliquando rursum admittatur,
purior sit ad videndum, & trabilior ad
fruendum : nusquam enim melius depre-
henditur modus humanæ perfectionis quam
in lumine vultus Dei, ac in speculo divinæ
visionis. Qui purius videre studet quæ sibi
deesse cognoscit, emendet in dies similitu-
dine, quidquid delinquit dissimilitudine:
semperque magis magisque appropinquat

similitudine ad illum, à quo semotus erat per dissimilitudinem, atque ita expressior visionem expressior semper similitudo comitatur: impossibile enim est summum bonum videri & non amari, ac non tanto ardenter amari, quanta expressus se viderit permiserit. Sic proficit hominis amor, ut aliquatenus assimilari possit amori illi, qui Deum humiliavit, ut fieret homo, ut homo fieret Deus.

Gratissimum namque homini esse debet, eohum huius divinae majestati, compauperari Filio Dei, conformari divine sapientie, hoc sentienti in seipso, quod & in Christo Iesu. Hinc emanat fluminis impetus lætificans civitatem Dei, sc licet, suavis recordatio omnium amabilium beneficiorum Dei & attributorum, ut potentiae, bonitatis, sapientiae, & beatitudinis, quæ dum clueant in contemplantis affectu, amantem penitus rapiunt in amabilem: ipse enim in temetipso est, quidquid in amabili est, qui est totum, quod est. Huic bono, ipsius boni amore sic se pius applicat affectus, ut non prius se inde revocet, quam unum vel unus cum eo spiritus fuerit effectus. Hic est boni certaminis finis in hac vita: hoc præmium, hæc requies sanctorum laborum, & consolatio dolorum, quæ sanctis his exhibetur. Hæc est perfectio & vera hominis sapientia omnes in se continens virtutes non aliunde collectas, sed à Deo sibi insistas adeo consolidato affectu in ipso bono permanens, ut ex ardentissima incommutabilis boni adhæsione, ab eo quod est, nullatenus mutari patiatur. Vera namque contem-

platio format & firmat omnes virtutes longe
sublimius ; quām antea erant : nam sapiens
& pius animus in Dominum contemplatio-
ne assumptus , amorosa intellecione non
solum speculatur summam veritatem in
seipsa , sed etiam speculatur regulas ipsius
(quantum ipsi conceditur) atque exinde
format sibi mundum cuiusdam cælestis con-
versationis , & formam sanctitatis . Specula-
tur enim summam veritatem , & quæ ex ea
vera sunt : sum mun bonum , & quæ ex eo
bona sunt , quibus se apponit , & coaptat ,
non sine ratiocinationis examine , non sine
discretionis iudicio : unde concipiuntur , at-
que oriuntur virtutes sanctæ . & imago Dei
reformatur in homine , incipitque homo vi-
vere vita Dei , (à qua quosdam homines
ab alienatos esse conqueritur Apostolus)
spiritus libertate fruitur , seu libertate filio-
rum , fitque unus spiritus cum Deo ac ob
hoc ipsum vere spiritualis est , impleturque
in eo , quod Dominus pro discipulis in clau-
sula omnis perfectionis oravit : Pater volo ,
ut sicut tu & ego unum sumus , ita & ipsi in
Ioan. 16 nobis unum sint.

Hic est ergo Deus noster , qui semper à
nobis dulciter est querendus , ut dulcissime
inveniatur : dulcissime vero invenitur , ut
diligentius queratur , qui videt nequit ,
nisi mundo corde humiliter amantis : nam
qui vivit mundo , faciem ejus in hoc mundo
numquam videbit , cuius faciei pulchri-
us do summa semper ab oculis versatur
illius , qui ex toto corde suo affectat Do-
minum Deum diligere . Ad hoc etiam
ipsum excitare debet proximum suum , si

etum diligit quasi seipsum. Qui aliquando ad nittitur ad felicem contemplationis somnum, mox in ipso veritatis lumine aliquanter intuetur gratiam prevenientem, quam nisi perciperet, illuc pervenire minime potuisset. Cum autem ab illa felici quiete repellitur, in ipsa cæcitate intelligit immuniditiam suam non convenire sponsi dilectissimi putat, & deflens amissum, non sine multo gemitu redire ad se cogitur, & sibi præ omnibus vilescere, habens præ oculis illud Apostol. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & secundum datam à Deo mensuram fidei. Demum bona sua non collocet in ore hominum, sed ea abscondat in cella sua, recondat in conscientia sua, hoc titulo cellam & frontem suam insigniat: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et his verbis aboliuit Bernardus Opusculum.

Rom. 12

Isa. 24.

INFLAMMANTIA VERBA ex D. Ber. Cap. XXXIII.

*Felicitas animæ interna pace fruentis:
Dei speculum anima: de scala
cordis. §. I.*

Beatæ animæ illa, quæ in pace Christi & Cap. 5.
In Dei amore solidata est ac firmata: hæc enim licet ex te ius bella patiatur, pax tamen interna numquam turbatur: quamvis molestiæ gravissimæ foris perstrepant, tamen internæ quietis silentium non interrumpunt: nam cum gusto interioris dulcedinis detineatur, tota in se existit, nec jam

foris in carnis voluptates dissoluitur, cum totum, quo delectatur, intus possideat. Tanta in semetipsa pace fruitur, ut nihil quod foris sit, appetat, tota amore detenta intus requiescit, atque cum tota ad internum colligitur gaudium, plene ad Dei imaginem reformatur.

Anima vero (*cap. 4.*) quæ desiderium suum non fixerit in ipsius Dei amore, sed per corporis sensus egrediens in exterioribus delectatur: si quando ad se redit, propriam intuens nuditatem, & se omni consolatione destitutam conspiciens, pudore maximo, & erroris sui confusione concutitur consolationemque illam quæ à Deo intus in conscientia exhibetur non habebit, quod eam in exterioribus rebus prepostere quæsierit. Non enim Deus eam animam visitare dignabitur, ac iacè ipsa sibi male conscientia tolerare non poterit, nec requiem ullam obtainere, aut interna frui poterit tranquillitate, cum illum, qui summa anima quiescit ac tranquillitas, à se indigne repulerit. Ipse est pax nostra, & in pace factus est locus ejus, in omnibus requiem querit, non requiescat spiritus ejus nisi supra quietum, quapropter numquam ingreditur cor passionibus vel terrenis cogitationibus agitatum.

Cap. 6. Igitur munda conscientiam tuam, & pacas eam, ut quacumque hora Dominus venerit, atque in te habitare voluerit, param sibi in te inveniat mansionem. Primo stude ne te inveniat dissidentem à teipso, omne namque regnum divisum à seipso desolabitur, & domus supra domum cadet, nec intrabit Christus, ubi parietes inclinati fuerint.

ti fuerint, & maceriaz depulsa. Nam quemadmodum anima habitare nequit in corpore, cuius membra dispersa sunt, ut caput, cor, venter: ita & eodem modo non libet Domino habitare in anima, ubi appetitus & ratio sunt divisa.

Cap. 8. Maxima perfectionis pars est bona voluntas, scilicet, efficax, quæ quantum in se est, exequitur: nam quantum vis, tantum meroris, quantum crescit bona voluntas, tantum crescit & meritum. Quemadmodum, inquit, nullum temporis momentum est, in quo non utamur Dei misericordia, ita nullum debet esse instans in quo Deus non sit præsens in memoria.

Cap. 12. Prius oportet cognoscere invisibilia spiritus tui, quam invisibilia Dei. Frustra enim erigit oculum ad videndum Deum, qui nondum idoneus est ad videndum seipsum. Nullum in rebus humanis aptius speculum est ad videndum Deum quam spiritus tuus: terge ergo speculum hoc, si sitis speculari Deum in hac vita. Nam exterso speculo, & diu diligenter inspecto, incipiet ei quædam divini luminis claritas interlucere, atque immensus quidam insolite visionis radius cordis oculis apparere, cuius luminis visione anima inflammata incipit purissima cordis acie interna & superna conspicere, Deum diligere, Deo adhærere, cuncta que sunt, tamquam non sicut considerare, omnibus affectibus suis renunciare, tota denique anima soli incumbit amori. Ad hanc tamen gratiae sublimem conditionem pervenire nemo potest, nisi sui ipsius cognitioni diligentissime vacet, considerans & accura-

300 SECUNDA PARS

te expendens quomodo vivat , quid agat ,
quid amittat , quantum quotidie proficiat ,
vel quantum deficiat : quibus cogitationi-
bus gravius infestetur : quibus affectioni-
bus frequentius tangatur . aut acrius a dia-
bolo impugnetur : denique si exacte inspi-
ciat , qualis sit , & qualis esse deberet ; ex
hac sui ipsius cognitione facilime extollit
poterit ad contemplationem.

Quantum quotidie in tui cognitione
profici , tantum ad altiora celerius evolas :
si jam ad cor tuum ascendisti , & habitare
in eo didicisti , ne hoc putas satis esse , sed
ibi habitare , ibi mansionem facere pergit .
Si qualicumque mentis evagatione distra-
ctus inde fueris , illuc redire festina , quod
licet in principio molestum sit , longo usu
vertetur in oblectamentum , adeo ut absque
ullo laboris rædio assiduus ibi esse valeas , &
ægerime feras alibi vel tantillo temporis
spatio immorari . Repulsis ergo cogitationi-
bus extraneis & mentis evagationibus in
unum collectis , motus omnes cordis tui in
uno æternitatis desiderio figito : dilatabitur
namque cor tuum , ac supra seipsum per ex-
cessum mentis ad summa elevabitur . Cui
ascendere licuit , ita divino manet amore
religatus , ut injurias vix sentiat , damna
contemnat , opprobria rideat , mortem de-
nique lucrum reputet . Nam cum jugiter in
Dei amore delestetur , frequenter mentis
excessum patitur , & ab omnibus terrenis
iuptus coram Deo sistitur totus in ejus pul-
chitudinis admiratione suspensus . Miratur
etiam interne suavitatis dulcedinem & æter-
næ quietis tranquillitatem . O quam jucunda

delectatio hæc , nisi medico temporis spatio permaneret : nam cum anima ibi diutius morari nititur , subito labitur , nec ulli exponere valet , quæ supra se vidit , sed agnitione suavitatis illecta , eam degustatæ dulcedinis suavitatem , incorporeæ lucis claritatem , intimæ societatis saporem , ac denique illud internæ quietis secretum attronitamiratur.

Nihil jueundius , nihil tutius , nihil opulentius bona conscientia. Premat corpus , trahat mundus , terreat diabolus , illa tamen secura permanebit : circumrotetur mundus omni volubilitate , ploret , rideat , numquam tamen bona marcescat conscientia. Hanc non licebit adipisci , nisi diligenterissime cor tuum custodias , sæpe cum eo in judicio stans super his , in quibus deliquerit statue illud ante faciem tuam , increpa , afflige illud ut super te regnet Spiritus Domini. Dic cordi tuo : Quid immoraris , quid vanis rebus afficeris ? Cuncta quæ in mundo sunt , nihil ad beatitudinem tuam conducunt , sed solum viaticum præparant jumento tuo , quæ etiam adhibita mensura ab ipso jumento sumenda sunt , ex superflua enim in cibo refactione sæpe deficit , aut lascivit concupiscentijs , atque in præceps excutit ascensem : nam quod illi ad necessitatem satis est , ad voluptatem sufficere plene non valet.

*Nullus opportunior liber conscientia,
hic ex libro vita corrigendus; quan-
ta cordis capacitas.* §. II.

Quid tanto studio incumbis tot libris
evoluendis, ac perlegendis? Scito om-
nes, quotquot scripti sunt, libros ea solum
de causa scriptos esse, ut tuæ conscientiæ
librum plenius discuteres, & emendares:
quem si solum tecum deferas, in eo videre
poteris, quod tibi eundum, aut quid merce-
dis pro gestis recipiendum sit. Quia si li-
brum hunc fideliter scriptum non habes,
juxta exemplar libri vitæ, sede, corrige dili-
genter, conferens cum illo, ne forte in ul-
tima collatione inveniatur aliter se habere,
& igni perpetuo tradatur.

Ibi cap. 9. licet legere piam ac querulam
confessionem nomine hominis vanis ac tur-
pibus cogitationibus exagitati, quæ confes-
sio extenditur usque ad cap. 36. optima equi-
dem tota ad vitam omnem ante etiam recon-
gitandam, de qua pauca quædam subjiciam.
Heu mihi qui ita comedo, bibo, & dormio
securus, quasi jam transierit dies mortis, &
evaserim diem judicij ac inferni tormenta:
sic ludo, sic rideo, quasi jam tecum regnum
in regno tuo. Væ mihi, qui omnibus deli-
cijs indulgeo, cum erga alios rigorem ob-
servem, & quod in aliis accuso, ipse facere
non erubescam: ad inferendas injurias va-
leo, ad tolerandas insirmus sum. Heu quam
infructuose hucusque vixi, pudet quod sic
hactenus vixerim, & quod natus fuerim:

mallem non esse , quām talis esse : bonus eram per baptismatis gratiam , malum me sponte feci : æquum est ut semper miser sim , qui me mea sponte miserum fecerim . Conscientia mea damnationem meretur , quōd pœnitentia mea ad satisfactionem non sufficiat , fateor inferno appropinquasse animam meam , si me liberes Domine , habeo , quare tibi gratias agam , sin minus nequeo te reprehendere , cum justus sis , ac justit a utaris . Væ superbię meę : nam si alius me accusaret , ut ego qui conscious sum , me accuso , parienter ferre non possem . Væ mihi , qui temerarius sum in judicando , clamosus in loquendo , fastidiosus in audiendo , arrogans in docendo : onerosus sum amicis , ingratus beneficijs , inflatus obsequiis , severus subditis : jactavi , quæ feceram & quæ non feceram : dissimulavi me non fecisse quod feceram . Heu me , quia cum in altari sum , juxta fontem sitio , ante ignem algeo , quasi monstrum sum inter filios Dei : habitum gero monachi , non conversationem : altioremeritis locum possideo , officium tamen non imleo : terram occupo quasi truncus absque floribus , frondibus , & fructibus . Alij me pascunt de laboribus manuum suarum , ego nec laicum ago , nec clericum : vivere erubesco , quōd nihil proficiam , mori tamen timeo , quōd impetratus sim , malo tamen mori & misericordię Dei mei me committere , quām vitę meę exemplo alicui scandalum facere : nam tota die verecundia mea contra me est . Omnes conspicio devotos ac devotione servidos , & ideo donis cælestibus affluentes : quidam enim humilitate , aliis

misericordia, alius contemplatione præstat, ego verò nihil horum in me invenio, Gelboe montibus similis: quoniam declinavit Dominus in ira à servo suo. Alij vigilant, ego dormio: & licet vigilem, meditationes sanctas non invenio. Maxima quippe est animæ meæ sterilitas & devotionis insopia, quam patior: orare aut meditari si velim, mox turba plurimarum cogitationum infestor, quæ (veluti plebs ad spectaculum) irruere solent in cor meum, visa, audita, dicta, & facta in memoriā revocant, atque ibi magnō tumultu perstrepunt ingrediuntur, egrediuntur aliæ alias introducunt, atque ita mentis rhea semper mobilis, numquam stabilis, semper vaga & velut ebria per diversa distracta strahitur.

Ibi est cogitatio tua, ubi affectus tuus inhæter: illud enim sèpius cogitatione volui-
mus, cuius amore fortius detinemur. Nulla
pœna gravior prava conscientia: quare si
omnem tristitiam à te vis expellere, bene-
vulso, bonæ namque vitæ conditio semper
cum gudio conjuncta est. Quid est Oratio?
Est mentis devotio, id est, conversio in Deum
per pium & humilem affectum: humilem ex
propriæ infirmitatis consideratione: pium,
ex meditatione divinæ bonitatis ac clemen-
tiæ. Noli prodere virtutes tuas, si eas cupis
augeri, sed taciturnitate custodi, quod si
palam feceris, amittere poteris. Plerisque
concessum est bona opera dumtaxat agere,
non autem boni operis fructum colligere,
quod ab ipsis per jactantiam amittatur:
quemadmodum enim glacies calore dissolu-
tur, ita & virtus ore proprio laudantis. No-

Hi propter phantasmata , quæ mentis aciem hebetare , & animum confundere videntur orationis tempore , ab oratione desistere : immò quanto majori terrenarum cogitationum tumultu premeris , tanto ardentius ac valentius orationi est insistendum , quatenus tumultum illum superes , & ad pias Domini aures orationis fervore tamdiu pulses , donec sancti desiderij auxilio cogitationes illas malas ac vanas ab oculis cordis abigas , ac mentem tuam in uno æternitatis desiderio immobilem figas . Cor enim nostrum , licet in omnibus requiem querat , numquam tamen inveniet nisi in hoc centro .

Dicito cordi tuo : Quid hoc est cor meum , cum tam exiguum sis , ut vix in milui unius refectionem sufficias , totus hic mundus tibi satis esse nequeat ? Per totum terrarum orbem jugiter ad voluptatem captandam vago motu discurris : sine pedibus curris , absque alis volas ? Cum igitur nihil invenias , quod te impleat , desiste à discursibus & inutilibus volatibus , jacta cogitatum tuum in Domino , ipse te satiabit . Cogita quām plurimos esse , qui hoc ipso tempore in vero mortis articulo sunt constituti , quibus si hora una ad pœnitentiam agendam concederetur , multa agerent ad imperrandam veniam peccatorum : tu verò tempus ad hoc ipsum tibi concessum elabi frustra finis , ac vanis cogitationibus impendis . Cogita etiam , quot nunc animę in inferno absque ulla venia ac misericordiæ spe torqueantur , quod tempore sibi concesso ad pœnitentiā abusæ sint . Redi igitur anima mea ad te , diligētissime d̄scutito , ac speculare qualis sis , qualis esse tenearis ,

quantum in via Domini quotidie proficias,
quantum de profectu desicias: nam quamdiu te ipsum studiose non inspexeris, ad ea,
quæ supra te sunt, scrutanda idoneus es
non poteris. Assuefce ergo quamvis laborio-
sum ac molestum iudices sola intima medi-
tari, interiora solum diligere, in illis diu-
tiis immorari, ut audire liceat, quid loqua-
tur in te Dominus Deus. Si vero intimis
tuis plene perspectis, experiris in te ipso va-
lidam dilectionis vel delectationis violen-
tiam erga divina, adhuc restat investigare,
an aliquid aliud sit præter Deum, unde dele-
ctatio vel consolatio aliqua tibi proveniat;
nam quamdiu ex aliqua re externa latitia
vel delectatio accreverit, ardenter amori-
ris erga Deum signum non ostendes. Satage
ergo Dominum ad cordis tui interiora pene-
tralia trahere, usquequod illius sublimis flu-
vij violencia sic affectui tuo immitatur, ut
aliena omnia delectabilia fastidias, nec ulla
alta externa delectatioue inde possis avelli.
Si vero cum non studes sic ad intimam tua in-
troducere, quo pacto credendum est, te
velle vel posse sequi cum ad sublimia sua?

Certissimum ergo signum tibi sit, quæ-
cumque es anima, quod dilectum tuum non
plene diligas, vel quod ab eo minus diligis,
si ad theoreticos illos mentis excessus non
vocari, aut vocantem sequi non mereris.
Quo pacto perfecte diligere aut diligi dicen-
dus est, qui in sublimium desiderio ad sum-
ma non rapitur? & ad theoreticos ac anago-
gicos illos excessus mentis alienatione non
transit? Vis nosse divinarum revelationum
sublimitatem manifestissimum esse divinæ

dilectionis indicium , audi ipsum dicentem:
Iam non dicam , vos servos , sed amicos meos.

Ioan.15.

Perge igitur hilariter ac summo studio in omni temporis articulo in divinæ contemplationis gaudium tendere. Nam si semel ad illud divinorum radiorum spectaculum admissus sis : quām intimis desiderijs , quām profundis suspirijs , quām inenarrabilibus gemitibus instabis ad eam dulcedinem iterum obtinendam. Quām assidua recordatione , quām jucunda admiratione inspectam claritatē mente tractabis , ac placidissime revolues , donec rursus in eamdem imaginem transformeris , à claritate in claritatem procedens veluti ab ipso Domini spiritu actus.

Verumtamen cum ab eo sublimis delegationis statu decidimus , atque ad nos metipso redimus , ea quæ antea supra nos vidimus in eadem veritate vel claritate , quæ prius perspeximus , in memoriam aut mentem nostram revocari non possunt : & quamvis inde aliquid memoria teneamus , & quasi per medium veluni atque in medio nebulae videamus , tamen nec modum videndi , vel visionis qualitatem vere contemplari possumus. Ita fit , ut memores non reminiscamur , videntes non videamus , aspicientes intueri non valeamus , & intendentes non penetreremus , donec iterum à meditatione in contemplationem , à contemplatione in admirationem assurgentes , ab admiratione in mentis alienationem rapiamur. Gratia contemplationis humanum cor non solum ab omni terreno amore expurgat , sed etiam sanctificat , & cælestium amore omnino inflammat , & iam quoddam pignus illius fu-

turæ contemplationis concedit. Denique nihil est jucundius, nihil commodius gratia contemplationis : nam quanto amplius in cœlestium contemplatione delectatis, & delectatione admiraris, tanto libenter immoraris, tanto diligentius perscrutaris, profundiusque illuminaris : ibi enim semper inventire licebit quid mireris, ac unde delecteris. Ad has delicias adipiscendas potius opus est intima cōpunctione quam profunda investigatione, suspiriis quam argumentis, crebris lamentationibus quam acutis argumentationibus, potius lacrymis quam sententiis, oratione quam lectione, lacrymarum gratia quam litterarum scientia. In primis superata cogitationum evagatione, discito vacare non solum corpore, sed etiam corde, ac facere sabbatum ex sabbato, interius scilicet ex exteriori, vacans & videns quoniam ego sum Deus.

De contemplationis dulcedine : hujus dulcedinis signa, crebra suspiria dulces lacrymae. S. III.

IN libello *de Scala claustralium* sic scribit:
Postquam anima exercitata diu est in meditationis studio, & in ejus meditatione exarsit ignis desiderij perveniendi ad quietem ac gustum contemplationis, quem nondum res ipsa cognovit, confugit ad orationem,
Ps. 26. clamans: *Vultum tuum Domine requiram, id est, contemplationis tuæ dulcedinem: cui si fideliter instat, adveniens Dominus, cœlis dulcedinis rore circumfusus fatigatam*

recreat animam, esurientem reficit, aridam impinguat, & cogit eam terrenorum omnium penitus oblivisci, sui recordatione assidua eam muniens, vivificans, inebrians, ac sobriam reddens. Quemadmodum enim in quibusdam corporis ministeriis seu voluptatibus anima adeo carnali rapitur concupiscentia, ut omnem rationis usum amittat, ac quodammodo fiat homo totus carnis: sic in hora contemplationis ita absorbentur & consumuntur carnales motus à lacrymis ut nulla in re caro spiritui refragetur, fiatque homo quasi totus spiritualis.

Sed velim scire Domine mihi an aliqua sint signa hujus adventus tui. Hujus consolacionis signa sunt suspitia & dulces lacrymæ, quæ à memoria & ardenti Christi desiderio excitantur: his enim ad contemplationis gaudium extollimur. O dulcissime Domine mihi, si dulce est pro te flere, quam dulcissimum erit ac suavissimum de te gaudere? Postea vero quam aliqua temporis mortalia animam ad dulcem illum somnum admisit, discedit quasi dicens: Iam aurora est, id est, iam receperisti gratiæ lumen, ac exoptatam visitationem. Data ergo benedictione, & mortificato neruo femoris, ac mutato nomine de Jacob in Israel elebitur: Accessus tamen ac recessus ambo cooperantur in bonum sponsæ, illi venit, illi redit, venit consolationis causa, recedit ne consolationis magnitudo extollat eam, atque ne forte continuam visitationem non gratiæ, sed naturæ referat acceptam: recedit etiam quod verum sit id quod in proverbio usurpari solet: Nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo,

210 SECUNDA PARS

ut absens vehementius desideretur, desideratus avidius queratur, sic quæsitus gratius inveniatur: recedit eriam, ne exilium pro patria reputemus. Attende tamen, quæso sponsa, sponsum tuum esse nimis delicatum ac zelotypum, qui si te ad alium amatorem, id est, ad aliud præsentis vite solatium, inclinari senserit, recedens à te, aliam queret sponsam: si in te maculam aliquam, sive rugam confixerit, statim avertet oculos, cum nihil immundum aut inornatum intueti patiatur.

Ibid. Meditationis magistra lectio est, aut prædicationis auditio, ne meditantes limites à Patribus nostris constitutos transire contingat. Oratio obtinet inventa per meditationem, dulcedo contemplationis est affectus deuotæ orationis. Lectio ergo absque meditatione arida manet, meditatio sine lectione erronea: oratio nisi meditationi sit conjuncta tepida, meditatio absque oratione infructuosa: oratio devota contemplationem acquirit, contemplationis adeptio absque oratione aut rara, aut miraculosa habenda est. Ergo spiritualis athleta, si tibi datum est disponere ascensiones in corde tuo, & ad summum contemplationis gradum ascendere licuit, cavendum tibi est summpere, ne cum usque ad cælum sis elevatus, usque ad abyssum inordinato casu infeliciter corrucas. Quod fieri, si descendente sponso, ac cessante contemplationis dulcedine, ad carnis vanæ ac superflua solatia descendas: sed expedit, eum graduum ordinem tenere in descensu, quem in ascensu observasti, & in eorum quolibet immorari pto

loco & tempore : tantoque te Deo vicinior. tem existima , quanto à p̄imo gradu , nempe à lectione sis remotior. Quid enim intolerabilius ? Quæ infelicior commutatio esse poterit , quām eorū quod paulo ante cælestibus fruebatur gaudiis , subito immundis ac vanis cogitationibus deturpandum tradere ? Adhuc in corde calent sponsi vestigia , & jam intromittuntur adulterina desideria. Aures , quibus nuper contigerat audire verba , quæ non licet homini loqui , audiendis jam fabulis ac detractionibus exponuntur. Oculi qui modo sacris maledicant lacrymis , ad videndas vanitates jam convertuntur. Lingua , quæ dulce paulo ante epithalamium decantaverat , & ignitis eloquiis ac persuasoriis sponsum sponsæ reconciliaverat , ita ut eam in cellam vinariam suam introduceret : rursum ad vana & scurrilia colloquia convertitur. Absit , absit. Ex Opus. de interiori domo : in lib. de Scalæ Claustral.

*EX BERNARDO IN LIBRO
de Amore Dei. Pro obtinendo
divino amore. Cap. XXXIV.*

DOMINE tu vides me non videntem te , porrige ergo dexteram mihi cæco ad te currenti amoris tui amore : si hanc plenam periculis viam ingreslus in aliquo offendero , ignosce quæso : subleva debilem ; erige cespitantem aut etiam cadentem , jam enim gratiæ tuæ munere , quæ carnis & mundi sunt , non habeo ante faciem cordis mei , sed in dorsum ac posteriora reieci. Qui sit

312 SECUNDA PARS

Domine mi , ut cum ex toto corde faciem tuam exquiram , & jam putans te apprehendisse mihi gratuler , mox eam à me abscondas , quasi me inimicum tibi arbitris? Domine vel ego non sum adhuc ad te conversus , vel tu es adhuc à me aversus. Si primum : *Deus virtutum , converte me.* Si secundum : *Deus virtutum , convertere.* Gratias tibi ago bone Domine , quod mihi velle dederis : nam paratum est jam cor meum : præcipe igitur quæ vis , fac me intelligere quæ præcipis , & da posse , cui dedisti velle : sic enim fiet in me ac de te , quidquid vis.

Exod.

33.

Domine novi te dixisse. Non videbit me homo & vivet : fateor me adhuc non mortuum esse mihi , ut tibi vivere possim , sed tuo gratuito munere locum apud te accepisse : si super petram catholicæ fidei , fero patienter , & de osculor regentem ac protegentem me dexteram tuam , video posteriora tua , id est , humanitatis tuæ mysteria , & saltem cum Hæmorrhioissa gestio tangere similitiam vestimenti carnis tuę , ac furari mihi sanitatem. Aliquando cum Thoma te totum expeto videre , tangere , non tamen digitum vel manum mittere cupio in ostium lateris , sed totus desidero ingredi per illud usque ad cor , ubi est sanctum sanctorum arca testamenti , manna denique divinitatis.

Ioan.

20.

Ap. 22.

Sentio mihi dictum esse : *Noli me tangere , foris canes , & ideo cum dignis conscientiæ meæ verberibus percussus , præsumptionis meæ pœnas luere cogor , rursum in petram me recipiens : (quæ refugium est herinaciis peccatorum plenis) amplector , & osculor regentem , ac protegentem me dexteram*

tuam : atque ex eo quod vel sensi , vel le-
viter vidi , ardens desiderio vix patienter
expecto , ut à me amoveas manum tuam :
petoque ut infundere digneris mihi gratiam
illuminantem , ut tandem moriens mihi , &
tibi vivens , revelata facie faciem tuam vi-
deam. Iamdiu tibi dixit cor meum : *Exquisi-* Ps. 26.
vit te facies mea , facit m tuam Domine requi-
ram , ut omnia videns operer in anima mea
juxta exemplar , quod in monte video.
Anima mea anhelans ad hanc visionem in
hujus seculi tenebris dicere solita est cum
premitur languore sui desiderij. Quis ama-
re potest quæ non vidit ? Quomodo amabi-
le esse potest , quod non est aliquatenus visi-
bile ? Fateor multa amabilia , quæ creasti
posse occurrere te querenti , sed hæc satiare
nequeunt , immo videndi tui desiderium in-
flammant , prædicant enim cuncta hæc te
esse mirum in modum amabilem , ac præ
cunctis desiderabilem. Nam sicut ea , quæ
tibi offero , scio non placere , nisi me cum
illis insimul offeram ; sic creata tua , nisi te-
cum sint , placere non valent. Fateor Do-
mine tuæ gratiæ munere huc pervenisse , to-
to mentis affectu amo amare te , desidero
desiderare te , hoc tamen amans , nescio
quid amem. Quid est , inquam , amare amo-
rem ? Quid desiderare desiderium ? Videtur
amor illic , quo amore tuum amo , non esse
is , quo te amem , sed amor , quo me tibi
amem : & mihi desiderem desiderium tuum.
Fateor interiores oculos meos caligare ac
cæcutire , cum hæc speculari volunt : qua-
propter cito à te aperiantur , ut videam
gloriam tuam , ut oblitus paupertatis &

214 SECUNDA PARS.

egestatis meæ totus erigar , & ruam in amplexus amoris tui , videns quem amavero , amans quem videro , ut mihi moriens , in te vivere incipiam , beneque sit mihi in te , cui pessime est in se . Sed o Domine si quando (quod rarum est) huius gaudij particula aliqua fruor , clamo , vociferor : Domine

Math.

17.

bonum est nos hic esse , faciamus hic tria tabernacula , fidei unum , spei unum , amoris unum : sed heu repeate in terram cadens , quasi mortuus respiciens , nihil video , meque , ubi prius eram , invenio , scilicet , in dolore cordis , & spiritus afflictione clamo:

Ps. 12.

Vsquequo Domine oblivisceris me in finem ?

Ibi . cap . 4 . Summam voluntatis suæ annunciavit nobis Filius tuus Dominus noster , cum tibi in oratione diceret : *Volo Pater , ut sicut ego & tu unum sumus , ita & ipsi in nobis unum sint , scilicet amoris perfectione , ut scilicet ament te propter te , & se non nisi in te . Hic est finis , hæc est consummatio , hæc est perfectio , hæc pax vera , hoc gaudium in Spiritu sancto , hoc denique est silentium in cælo : in hac autem peregrinatione sola illi silentij hora dicenda est , in qua hoc affectu fruimur . O nobilissima affectio veni ad nos , dispereant à facie tua fœida illa & horrenda nomina affectionum , quæ dicuntur Luxuria , Gula , Avaritia . Optime dixit servus tuus , qui affectionem hanc , quietam stationem & finem esse dixit , ultra quem nihil appetat , vel appetendum judicet voluntas . O Domine cur docuisti nos puros amores tuos ? Num egebas amore nostro ? Non certe : sed quia aliter non licet esse beatos , nisi te diligenteremus , ideo*

Ioan. 16

misisti Filium tuum cuius verba nihil aliud
 sonabant, quam amate. amate : cuius om-
 nia dicta & facta erant ardentissima, urgen-
 tissima. incentiva amoris. O Domine cesseret
 in me iam diluvium aquarum multarum, id
 est, multitudo & confusio terrenarum affe-
 ctionum ut valeam ad te accedere. Recedat
 iam falsum mare, atque antiquę damnatio-
 nis falsugo, ut appareat in me arida, id est,
 ut desiccata anima mea ab amaris aquis,
 fontem vitę sitiens, dicat: *Sitivit in te ani- Ps. 62.*
ma mea. Mirum est quod quidam Ethnicus
 lumine veritatis compulsus scripsiterit, di-
 cens: *Oderunt peccare boni virtutis amore:*
 homo tamen Christianus nondum hoc amo-
 re sit plene captus. Heu quia nuda, gelida,
 & algens est anima mea, desiderat calefieri
 calore tui amoris. *Quid faciam?* Quamdiu
 non sentio in me calefacientem charitatis
 vestem, colligam panniculos Scripturarum
 & consuam, ut aliqualiter cooperire valeam
 nuditatem meam, colligam divinorum ver-
 borum surculos, & accendam in corde meo
 devotionis igniculum, si forte aliquando
 descendat flamma fortiter vorans aquas ac
 frigiditates meas. Bern. *ibid. c. 9.* sic scribit. *D. Ber.*
 Nonnumquam Domine quasi oculis clausis
 ad te inhianti mittis mihi in os cordis, quod
 non licet mihi explorare quid sit: saporem
 quidem sentio adeo dulcem, suavem, ac
 confortantem, ut si in me perficeretur,
 nihil ultra quererem, sed licet me illo as-
 pergas, non tamen permittis, quid sit plene
 cognoscere. Cum enim accepero, si tenere
 eum volo, aut ruminare, aut ejus saporem
 dijudicare, confessim elabitur: deglutio qui-

316 SECUNDA PARS

dem illud, quidquid illud est in vita æternæ spem, sed vellem, ut omnes venas ac medullas animæ meæ quasi vitalis succus implete, ut omnes alias affectiones fastidiem. Sed licet ad me veniat, festinat transire, & cum de eius inquisitione, vel acceptione, vel usu formata quædam lineamenta gestio arctius memoriae impressa committere, vel memoriam labilem scripto iuvare re ipsa & experimento cogor illud dicere.

Ioau.8. quod scriptum est: *Nescis unde veniat, aut quo vadat.* Quotiescumque enim quasi quibusdam lineamentorum figuris ea memoriae commendare curavi, ut cum voluero ad ea meditanda confugiam, sentio mihi dictum,

Ioan.3. esse: *Spiritus ubi vult spirat, non cum ego volo, sed cum ipse vult.* Si aliqua prius paraveram, omnia extirpata ac mortuainvenio, solum ad te vitaे fontem levo oculos ut in lumine tuo videam lumen. ad te anhesiant omnes affectus mei. Sed heu quam diu miseram, anxiam, & anhelantem animam protrahis? Absconde me obsecro in abscondito faciei tuae, protege me in tabernaculo tuo.

NON NVLLÆ GEMMÆ

*& ardentes faculæ ex Bernardo
super Cantica. Cap. XXXV.*

*De osculo pedum, manuum, oris, in
incipientibus proficientibus, per-
fectis. §. I.*

AD incipientes & proficientes perti-
nent illa quindecim Cantica graduum,
eo quod iuxta prosectorum & ascensiones, quas
disposuerunt in cordibus suis, cantanda sunt
ad laudem Dei promoventis. At Cantica
canticorum perfectorum sunt, est enim fru-
ctus omnium præcedentium: ideo canticum
hoc unctio docet, addiscit experientia, quare
non mirum est, si experti recognoscant, in-
experti inardescant desiderio non tam cog-
noscendi quam experiendi. Nam osculum,
a quo iincipit non est strepitus oris, sed iubi-
lus cordis, non sonus labiorum, sed motus
gaudiorum, idcirco non pertinet carmen
hoc animæ infantili, ac nuper ad Christum
conversæ, sed iam proiectæ, ut quæ iam ad
ætatem perfectam & nubiles perveniens an-
nos, (meritorum non temporum) facta est
idonea cælestis sponsi nuptiis. Hæc enim
sola potest dicere: *Osculetur me osculo oris sui.* *Cant. i.*
meliores namque sunt amores tui vino, ut alii *D. Ber.*
traducunt. Per vinum intelliguntur delecta-
bilia omnia secundum carnem. *Bernard.*
Serm. i.

Et ibid *Serm. 3.* dicit neminem posse scire
quid sit hoc spirituale Christi osculum quod

318 SECUND PARS

sponsa tam ardentius appetit, nisi cui licuit experiri: est manna absconditum, solus qui edit esurit, est fons signatus, cui non communicat alienus, sed solus qui bibit adhuc fitiet. Non ergo arroget sibi hoc anima etiam nunc carnis passionibus obnoxia, quæ nondum sensit suavitatem spiritus, quæ interna nondum gaudia degustavit. Non temere assurgat ad os seroissimi sponsi, sed ad serenissimi Domini pedes merito pavida jaceat, & cum Publicano tremens terram non cœlum aspiciat. Displacet namque Deo peccatoris impudentia, pœnitentis vero verecundia placatur. Ideo inquit nolo repente fieri summus, paulatim juvat proficere, nolo intempestive altiora & secretiora scrutari. Prosterne te igitur prius ad oscula pedum, tuisque lacrymis illos riga, nec inde suspirias priusquam audias: *Remittuntur tibi peccata tua: & deinde quantum profeceris in gratia, tantum in fiducia dilataberis.* Inde proficere poteris ad osculum manuum, cum cœperis jam strenue ac perseveranter agere in operibus omnium virtutum. Tum demum forsitan audebis ad ipsum os gloriæ caput attollere (pavens ac cum tremore dico) non solum speculandum, sed etiam osculandum. Osculum ergo pedum incipientium est manuum proficientium: oris perfectorum ut idem dicit *ser. 4.* Sed cum sponsa partes perfectorum agat ideo fiducialiter oris osculum postulat non pedum, non manuum, sed osculetur me, inquit osculo oris sui. Proculme igitur primo ad pedum oscula, pedes sunt misericordia, & indicium: in primo insigito osculum spei, in secundo timoris,

Lvt. 5.
& 7.

nec tamen alterum sine altero osculeris , ne forte aut desperes , aut dissolyaris , & inaniter præsumas. *De his serm. 6.*

Deinde procede ad oscula manuum. Manus Dei sunt latitudo , & fortitudo , illa affluenter largiens , ista potenter defendens , ut dicit ser. 7. Consequenter postquam ascenderis ad sponsæ conditionem , quæ est anima sitiens , licebit petere oris oscula , quæ dari non solent , nisi ardenter amantibus , quod proprium est solius sponsæ. Nam servus timeret , mercenarius sperat , discipulus præstat aurem magistro , filius patrem honorat , sponsa vero amat : ideo non exigit mercedem , non petit hæreditatem , non postulat doctrinam , sed osculum : in qua petitione non utitur blandiciarum fuso , non parat exordium , non captat benevolentiam , sed ex abundantia cordis , sacri amoris flamمام spirantis in nuda verba prorumpt dicens : *Osculetur me osculo oris sui.* Cant. I. Nec mirum est , si ut ebria loquatur , quæ de cella vinaria exierat , quæ sponsi amore inebriata , maiestatem non veretur , nimis freta quod caste amat , casteque querit ipsum quem amat , non aliud quidquam illius quasi dicat : *Quid enim mihi est in Cælo , & à te quid volui super terram ?* Vnde patet charitatem perfectam timorem omnem procul expellere.

Hæc Serm. 7. ubi admonet fratres ut corde ruminent Psalmos , quos ore canunt. Sicut enim cibus qui deglutitur , & non manditur , frustrat palatum oris sapore desiderabili : sic Psalmus deglutitus , nisi quibusdam intelligentiæ dentibus conteratur , cordis pala-

20 SECUNDA PARS

tum desiderabili sapore & dulciori super mel
& favum defraudat. Offeramus igitur cum
Apostolis favum mellis. Mel enim in cera
est devotio in littera , alioqui littera occi-
dit , si absque spiritus condimento comedat.

Ecccl. 24 tur : quod si feceris , reipsa experieris,
Isai. 55 quam recte dictum sit. *Spiritus meus super*
Ps. 19. *mel dulcis.* Et *Delectabitur in crassitudine an-*

nima tua , & Holocaustum tuum pingue fiet.
Nec non curiae cœlestis principes odorem
suavitatis recipientes , id est , Psalmorum
tuorum & orationum , de te dicent *Quæ est*

Cant. 8. *ista , quæ ascendit de deserto : sicut virgula summi*
ex aromatibus myrræ & thuris , & universi
pulveris pigmentarij.

De uberibus cœlestis sapientia , & de
tribus unguentis , contritione , de-
votione , pietate . S. II.

AD sponsam nostra revertatur oratio , cui
jamdiu dimissa sunt peccata , atq; iam-
diu in sanctis operibus , orationibus & exer-
citiis perseverat , hæc nō quiescit donec admit-
tatur ad osculum . Gratias inquit hæc sponsa ,
ago de pedum osculo : Gratias item ago de
manuum osculo , sed ardentissime expeto os-
culari osculo oris tui . Accepi , fateor , me-
ritis potiora , sunt tamen hæc votis inferio-
ra meis , non sum ingrata beneficiis accep-
tis , sed ad meliora suspiro , non enim ratio-
ne feror , sed amore : non ignoror quod honor
Regis iudicium diligat , sed præceps amor
nec iudicium præstolatur , nec consilio tem-
peratur , nec pudore frænat , nec rationi

subjicitur. *Hæc Serm. 9.*

At cum felix sponsa recipit ineffabile osculum, quid existimas in ea fieri? Tantæ efficaciaz est osculum illud, ut cum acceperit, mox ejus ubera tumescant, & lacte cælestis sapientiaz pinguescant, ita ut filie sponsæ veniant ad matrem, id est, infirmiores animæ ad pastorem ut erudiantur, quæ ubera prementes conceptæ dulcedinis lac affluenter accipient, ita ut gustantes testentur *meliora illa ubera esse vino*, sive per *Cant. I.* vinum dulcia omnia mundi hujus intelligas, sive sapientiam sæcularem, quæ nequeunt spiritum nostrum confortare, nutritre aut replere, veluti Spiritus sancti sapientia, quæ omnia hæc in nobis operatur. Pastores hujus tempestatis, quod hæc oscula non querant nec accipient, ideo non pariunt filios spirituales, nec habent ubera turgentia lacte cælestis, & inflammativæ sapientiaz ad eos alendos.

Potest etiam intelligi, ut ibi scribit Bern. per vinum contemplationis dulcedo, ut quasi petenti sponsæ contemplationis oscula, dicitur illi: *Meliora sunt ubera tua vino*, id est, magis necessaria, quasi dicat: Tu sponsa postulas quod te delectat, sed ubera, quibus parvulos alis magis necessaria sunt vino contemplationis. Nam licet hoc quod postulas, latifacet cor tuum, illa tamen ædificant multos, quapropter sustine parumper: oportet namque cessare à dulcedine oscularum, ut lactandis parvulis vacare possis. Potest etiam accipi, inquit idem, hoc quasi dictum ab ipsis iuvenulis ac teneris animabus: videntes enim hæ matrem suam semper velle

Cant. I.

quieti vacare, secretum querere, publicum fugere, turbas declinare; denique oscularum dulcedinem præferre ipsarum curæ, ita eam alloquuntur: Noli mater nos derelinquere & in sponsi amplexibus immorari: major enim in uberibus quam in amplexibus & osculis fructus existit. Per ubera nos cri-

Cant. I. pis à carnalibus desideriis, eripis mundo, Deo acquiris, ideo meliora sunt ubera tua vino contemplationis: sunt etiam nobis meliora vino carnalium ac terrenarum voluptatum, quo prius ineibriabamur, majoribus namque deliciis affluimus, quam antea in vino expericbamur.

Item per duo sponsæ ubera optime intelligit Ser. 10. compassionem & congratulationem. Habet enim affectus maternos cum Paulo scilicet. Gaudet cum gaudentibus, flent cum flentibus, quod proprium est veræ matris, scilicet gaudere in gaudio filiorum. Quia si hæc ubera nondum habes. cur mater? Cur Episcopus? si te non plene sentis promptum ad congaudendum, prouum ad condolendum, matris nomen mereri non potes. Qui absque his affectibus ad animarum regimen, vel prædicationis officium es assumptus, aliis prodeesse non poteris, tibi plurimum obesse valebis. Verus pastor quories osculo delectatur, non ideo officium prætermittit, sed videoas eum quasi matrem parvulis lactandis incumbere, & ubera proferens ex altero consolatoria, ex altero vero exhortatoria uberrime ministrare. Si aliquem ex filijs reperit hilarem & proficentem, exultat reficiens salutaribus manitis, & de congratulationis ubere lac-

exhortationis exprimit, ut constanter perseverans in melius proficiat. Si vero videat aliquem gravi aliqua tentatione concussum, factumque pusillanimem, ita ut vim tentationis perferre nequeat, condolet, multe, plangit, consolatur, denique lac consolationis ex ubere compassionis exprimit, ut turbatum erigat. Ibi agit contra impios pastores, qui nihil curant, nec compatiuntur super contritionem Joseph, sed omnia Christi opprobria conflant in fornacem avaritie, crucem, lanceam, & clavos.

Ibi etiam agens de tribus illis optimis sponsæ unguentis, scilicet, contritione, devotione, ac pietate afferens unguentum devotionis componi ex studioiosa meditacione beneficiorum Domini: querit, quid sit in causa, cur quælibet anima nequeat hoc unguentum confidere, licet nitatur vacare sanctis meditationibus vel divinis laudibus, sed mox urgeatur cutis, atque ad sua revocata in seipsa comprimi propria egestate compellatur. Respondet Bernard. ægritudinem hanc & animi dissidentiam duabus ex causis provenire posse. Prima, ex novitate convesionis: secunda ex tempore conversationis, etiam si in conversione longum tempus consumperit. Vtrumque enim humiliat ac deciscit conscientiam, & inquietam reddit, dum sive pro tempore sive præ torpore pristine animæ passione nondum plene emotuas sentit: ac proinde cum necesse sit incumbere extirpandis de hortulo spinis iniquitatum, & urticis cupiditatum, longius à seipsa evagari non permittitur. Cum enim in gemitu suo laboret, non po-

test simul in Dei laudibus, ac sanctis meditationibus exultare: musica namque in luctu importuna solet esse narratio. Non est ergo unguentum hoc pauperum sed divitium.

Monet tamen Ser. II. his verbis: Suadeo vobis amici mei, ut interdum reflectatis pedem à molestia & nimis anxia viarum vestiarum recordatione, enitamini in clariora atque planiora itinera eudere, nempe in memoriā beneficiorum Dei, ut qui in vobis confundimini, ipsius intuitu respiretis. Volo vos experiri illud, quod dictum est: Delectare in Domino. Idem in Serm. II. latissime loquitur de tertio unguento pietatis sive misericordiæ, quod priora duo longe superat. & proprium est Prælatis sanctis, qui sicut adipe & pinguedine repleti misericordiæ visceribus, omnium hominum ærumnas tam spirituales quam temporales sublevare conantur.

Deus hominibus pacem, sibi gloriam servat: de vera humilitate. §. III.

Idem in Serm. 13. Non omnis gratiarum actio Deo grata est, sed ea solum, quæ de cordis pudica & pura simplicitate procedit. Nam & phariseus gratias agebat de his, quæ à Deo acceperat, quæ tamen cum non simplici sed subdolo corde redderentur, repulsa sunt: licet enim labii Deum laudare videretur, cordis tamen sententia seipsum honorabat. Publicanum enim non judicaret contemnendum, nisi præ illo se honorandum existimat; occulta ergo cogitatione sibi

honorem usurpabat vere fur , cum soli Deo honor debeatur & gloria. Heu quot Phari-sæi , quot hypocritæ in gratiarum actione ore gratias Deo agentes pro acceptis beneficiis , corde tamen nescio quid fraudulester sibi subripiunt. Detestanda quippe tentatio quæ etiam spiritualibus viciis , quandoque insidiari solet.

Nam magna ac rara virtus est , cum magna opereris , magnum te nescire , & cum omnibus nota sit sanctitas tua , te solum lateat , cum que omnibus mirabilis appareas , tibi soli vilescas. Fidelis revera famulus dicendus es , si de multa Domini gloria (licet ex te non exeat) transcidente per te , nihil tuis manibus adhærere contingat , servans eas puras ab omni munere : ut Esai. 33. Tunc lux tua dicenda est lucere coram hominibus , ut glorificent non te , sed Patrem qui in cælis est. Time cum Paulo , ne quæ tua sunt , prædices , sed Christum Iesum , ne quæras quæ tua sunt , sed quæ sunt Christi , tunc dignus eris audire : *Euge serue bone & fidelis , quia super pauca fuisti fidelis , super multa te constitutam.* Eris denique tamquam fælicissimas Ioseph , qui omnibus sibi à Domino suo traditis non ignoravit uxorem exceptam : Non est inquam ex omnibus bonis Demini mei , quod non in mea potestate sit præter te , quæ uxor eius es. Noverat nempe mulierem , gloriæ esse viri & iniquum judicavit in-glorum vice versa illum facere , qui se fecerat glriosum. Advertit homo Dei sapientia plenus virum uxorem suam fortiter iamquam propriam gloriæ zelare , sibi que ipsi

Matth.
25.Genes.
39.

326 SECUNDA PARS

retinuisse servandam , & manum ad incon-
cessam extendere non præsumpsit.

Quid ergo , homo gloriā suā zelat,
Deus verò suā non zelavit ? Imò quanti
gloriā suā faciat plane testatur dicens :

Isa. 48. Gloriā meā alteri non dabo . Quid ergo nobis
Ioan. 14 Domine ? Pacem do vobis , pacem relinquo
vobis : hoc præconio usi sunt Angeli dicen-
Lue. 19. tes : Gloria in excelsis Deo & pax hominibus .

Domine (inquit Bernar.) grataanter susci-
pio , quod relinquis , ac relinquō , quod reti-
nes , sic mihi conducere , sic mea interesse
non dubito : abjuro proflus gloriā : ne for-
te si non concessum usurpavero merito gra-
tuito oblatum munus amittam . Pacem vo-
lo , & nī il amplius , cui pax non sufficis tu
qui pax es nostra ? sane mihi necessarium est
reconciliari tibi , ac reconciliati mihi : nam
ex quo me posuisti contrarium tibi , factus
sum mihi metip̄i gravis . Igitur suscipiant
montes , id est , Angeli pacem populo , non
gloriā . Quid stultius , quam canales velle
gloriari de aquis , quæ per eos transeuntes
fiunt ? Et quid sunt sancti omnes vel sa-
pientes in actionibus suis nisi canales , per
quos transit gloria Dei ? Non lingua , non
calamus gloriari possunt de sapientia quam
Isai. 1 manifestant : nec securis gloriari debet contra-
cum qui secat in ea . *Esa. 10.* Nonne per-
mittes nobis aliquam gloriā ? Permitto
quam concedit Apostol . scilicet : Gloria no-
stra hæc est , testimonium conscientiæ nostræ :
securus gloriaris , si teste conscientia de Do-
mini gloria nihil usurpas , sed cum gloriaris ,
penitus in Domino gloriaris : quæ omnia
non parui momenti existimanda sunt .

Dicit etiam ibi Bernardus : Ratos esse perfectos , quibus vere sic gloriari contingat. O vani filij hominum ! O mendaces qui mutuo se decipiunt de vanitate in idipsum , dum unusquisque gloriam suam collat in cistella labiorum alterius , indeque eam mendicare solent , quotiescumque ea egent : cum tamen veritatis lumine in seipsis expendere opera sua debuissent , & sic in semetipsis habere gloriam ac non in alterius ore , imò quod potius esset eam in manibus Domini conservandam reponere. Quapropter nemo velit laudari , dum vivit , quidquid enim laudis hic capias , quod ad Deum non retuleris , Deo subripis quasi sur. Omnium ergo nostrorum operum gloriam ad solum Deum laudabilem omnium auctorem , ac benignissimum largitorem referamus , idque vere non sicut , ut facere solent hypocrita. Hoc tamen non sola consuetudine faciendum est ut mos est in secularibus , sed ut viros sanctos decet sinceritate fida , devozione sollicita , hilaritate grata , non disoluta iungentes sensum usui , affectum sensui , exultationem affectui , gravitatem exultationi , humilitatem gravitati , libertatem humiliati , ut interdum liberis purgatæ mentis passibus procedamus , atque per inusitatas quasdam affectiones , spiritualesque lætitias , in jubilis , in amœnitatibus , in Dei lumine , suavitate , & Spiritu sancto procedamus , probantes nos comprehensos in his quos Propheta intuebatur , cum diceret : Domine in vultus tui lumine ambulabunt , & in nomine tuo exultabunt tota die. Medullis

328 SECUNDA PARS

- Ff. 113. igitur cordis non sola voce dicamus, *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā*: ne forte (quod nimis vereor)
- Ps. 77. dicitur de nobis: *Quoniam dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum. &c.* Dicamus, *Salvos nos fac Domine, & congrega nos de nationibus, ut gloriemur in laude non nostra, sed tua.*
- Ps. 105.

Bernard. Serm. 14. Domine fateor me non portasse pondus dīci, & cestus, sed jugum suave & onus leve pro patris familias beneplacitū fero. opus meum vix unius horū spatio perficitur: nam laborem p̄ae amore contemno. Ibi. Si nondum meremur ingredi cubiculum cum sponsa quia adhuc sumus de numero adolescentularum: excubemus tamen p̄x foribus spe gaudentes. Si onus & sponsa interim mutuis intus secretisque fruantur amplexibus, nullo carnalium desideriori usque ad ep̄tu, nullo corporearum p̄nitasmatum perturbante tumultu. Turba adolescentularum, quæ absque his inquietudinibus esse nequit, foris expectet, sciantque certo ad se illud spectare: Addū-

- Ps. 44. centur Regi virgines post eam, proximæ eius offerentur tibi. Per virgines intelligit quæ baptismatis innocentiam servaverunt: per proximas vero pœnitentes.

In Serm. 15. pulcher in me differit de nomine Iesu In 16. ap̄issime scribit, quo suffundi pudore debeamus, cum patrem & benefactorem offendamus: quo vero timore, cum creator Dominus & judex a nobis sit Iesus. Ibi etiam loquitur adversus illos, qui studiote curant humiles videri, ac ut id assequantur, exponunt plerumque aliis defectus

suos appetere, inquit, de humilitate laudem humilitatis non est virtus, sed ipsius virtutis subversio: verus enim humiliis viliis reputari vult, non praedicari: humiliis gaudet contemptu sui, hoc scelto superbus, quod laudes contemnat. Quid scelestius, quam ut peccati confessio, que humilitatis custos esse solet, superbię militet, & inde velis videri melior: unde videris deterior? Mirabile quippe iactatia genus est sanctum videri non posse, nisi ad id sceleratus appreas. Similis habita est Saulis confessio, qui cum a Samuele increpatus, confessus sit se percasce, non tamen placita Deo fuit ejus confessio.

In Serm. 17. utilissime docet qua cura observandę sunt illae vicissitudines dispensatoriae Domini visitantis animam & ab ea recedentis: nam periculosisssime illius accessus & recessus ignoraturinde enim fit, ut nec absentiē desideres, nec præsentē glorifices, præsentim cōip: nulla alia de causa recedat, quam ut avidius requiratur. Quonammodo si abesse nescimus, requiremus? Aut quo pacto qui iterum dignanter ad hoc redit, ut consoletur, digne pro sua maiestate suscipietur, cum adesse non sentiatur? Mens ignorat abscissum ignorans patet seductionis, que vero redditum non observat, iure habebitur ingrata visioni. Quare oportet ut cum illo videamus recedentem magistrum spiritum sanctum, si velimus ut dona sua duplicet in nobis, semperque ad cœlum vultu simus erecto, & finu ad largam ejus benedictionem accipiendam expanso. Similes oportet nos esse hominibus expectantibus

370 SECUNDA PARS.

Dominum suum quando revertatur à nuptiis : nam à copiosis supernæ mensæ deliciis vacua non redibit manu : quare vigilandum est omni temporis articulo cum plene ignoramus qua hora venturus , quare abiturus sit . His namque vicissitudinibus uti non cessat in his qui spirituales sunt , vel quos ipse spirituales reddere intendit , visitans diluculo & subito probans .

In Serm. 18. disertissime tractatur quis solus sit aptus ad prædicationis & Præfecturæ officium exercendum. *In Serm. 20.* Quid retribuam Domino ? Suscipe obsecro Domine de mea misera vita residuum annorum meorum nam præteriti in fructuose conscripti sunt , nec eos amplius revocare licebit : pro his quos vivens perdidisti , cor contritum & humiliatum Deus non despicias : placeat tibi , ut recognitem eos in amaritudine animæ meæ . Qui fieri poterit , ut tales non diligam Dominum ? Dilexit me non existentem , dilexit resistentem & inimicum , pro me calicem passionis bibit , pro me tulit contradictores in verbis , observatores in factis , illusores in tormentis , conviciatores in morte . Hunc amorem meum blandius afficiunt , justius exigunt & arctius strigunt : vehementius accendunt : quare meritò anathema habendus est , qui Dominum Iesum non diligit . *Ama dulciter & ardenter , ne illecebris mundi ab eo amando abducaris ; ama sapienter , & prudenter , ne decipiaris ; ama fortiter , ne adversitatibus frangaris ; sic faciens , amare testaberis ex toto corde , tota mente , tota virtute seu fortitudine . Dulcedo hujus amoris , carnalis amoris*

suavitatem procul expellat, ut clavus clavo pelli solet. Ama prudenter, tum ad cavadas hæreticæ fraudis muscipulas, tum etiam ad evitandam nimiam & indiscretam vehementiam in tua conversatione. Ama fortiter, ut terroribus non cedas, laboribus non succumbas. Igitur blandiciis non abduci, non decipi fallaciis, adversitatibus & injuriis non frangi, hoc est toto corde, tota virtute diligere.

Ibi etiam asserit hanc potissimum ac præcipuam fuisse causam, cur Deus humanam assumere carnem, & in ea conversari voluerit: videlicet ut carnalium, qui non nisi carnaliter amare poterant, affectiones primo ad suæ carnis salutarem amorem retraheret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spiritualem. Usitatum enim est eodem modo incipientes faciliter inflammari ad audita, vel lecta, aut meditata mysteria, quæ Deus gessit in carne; atque inde paulatim fugatis terrenis & carnalibus affectibus, introducuntur tandem ad contemplationis dulcedinem, & divini amoris suavitatem. Huc jam ascenderat Paulus dicens: *Et si cognovimus 2. Cor. Christum secundum carnem, sed nunc jam non 5. novimus.* Hieremias etiam jam ad hanc per venerat conditionem, cum dixit Tren. 4. *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus.* Nam quod subjunxit: *Sub umbra eius vivemus inter gentes*, ad incipientes spectat. Cum enim ob interni visus debilitatem ferre nequeant lucidissim Solis splendorem, sub umbra, id est, sub Christi carne quiescant, (hac umbra olimbrata est Maria) ut illius objecto, servor & splendor divinitatis

Jerem.
Tren. 4.

332 SECUNDA PARS

illius temperetur. In carnis igitur devote-
ne quiescat, cui vivificantem spiritum possi-
dere non licuit. Nam alias e quidem nequa-
quam sine Spiritu sancto, vel in carne dili-
gitur Christus, non tamen in illa plenitudi-
ne, ut illa amoris suavitas sic totum cor
occupet, ut totum sibi vendicet ab universæ
carnis amore, & carnalium illecebrarum;
ac jam omnino superbiam detestetur, invi-
diam nesciat, humanam omnem gloriam
non solum fugiat, sed fastidiat, & contem-
nat; denique omnem cordis & carnis labem
vehementissime abominetur.


In Serm. 21. Trahe me post te o sponsa.
Non omnes qui trahuntur, invitî veniunt,
infirmus enim ac debilis, qui vix pedibus
suis valet insistere atque ideo ire nequit,
voluntarius tamen & spontaneus ad salutis
balneum. Et suavitatis prandium accedit:
sic ego etiam sponsa nisi te trahente ire non
possim. Refriguit paulisper in nobis ignis
amoris tui, nec valemus a facie frigoris
hujus currere sicut heri & nudiustertius:
curremus autem postea, cum reddideris le-
ttiam salutaris tui, cum benigna gratia
temperies redierit, cum Sol justitie iterum
incaluerit; & pertransierit tentationis nu-
bes, que solem ad horam obnubilate cerni-
tur, cumque ad lenem auræ blandioris fla-
tum expersint unguentia faciliter liquefcere,
& aromata fluentia odorem dederint suum;
tunc curvemus hoc abscedente torpore. Cum
igitur te torpore, radio, vel accidia affici-
sentis, noli propter eos diffidere, aut ab spiri-
tu studio desistere, sed juvantis requie-
mantum dilectis: Trebe me. Cum defecisset

virtus mea, ne derelinquas me. Fessa sum, deficitio, noli me deserere, sed trah me post te, ne per amores alios vagari incipiam, ne quasi in incertum currat. Trahe me etiam temptationibus, ac flagellis, ego enim in flagella paratus sum. Non posculo ut ea trahas adolescentulas, quae tenerae, delicatae, & ad ferendas tentationes minus idoneae sunt: sed trah me jam fortiorem, illae vero meo hortatu atque exemplo excitatæ me sequentur: sic fiet, ut simul ac pariter curramus. Ego in odorem unguentorum tuorum, illæ me sequentes, ac sic omnes in unguentorum tuorum odorem curremus. Ideo Apostolus dicebat. Imitatores mei estote, sicut & Cor. II. ego Christi.

In Serm. 22. agit de spensæ unguentis, de quibus suprà diximus. Quis hac explicare poterit, cum ea nosser intellectus capere non possit, nisi quamvis experientia ad pescitur: nam quamvis Demirus suavis sit omnibus, maxime tamen domesticis, & quamvis omnes quantuncunque longe distantes odorem unguentorum illius sentiant, tamen quanto quis familiarius illi pro viuæ meritis ac mentis puritate appropinquat, tanto plus recentior in sanguinem & suavioris unctionis fragantia celestatur. Spensus, inquit, quam pluim a habet unguenta, de quibus ego cum alta loqui non possim, quatuor illa dumtaxat, quæ eminibus Paulus manifestavit, properam. *Christus, inquit, factus est nobis à Deo sapientia sanctificatio, & redemptio. Iam antea factus fuerat Angelis quatuor hæc omnia: nam redemit Angelos præseryans eos à lapili, ne cum si-* 1 COR. 11.

perbis laberentur. At cum *Verbum caro factum est*, hęc ipsa quatuor factus est nobis: sapientia in prædicatione, justitia in remissione peccatorum, sanctificatio in conversatione, redemptio in passione. Erat homo in tenebroso carcere vincitus peccatorum catenis; luce sapientię depulit ignorantię tenbras: justitia fidei ab soluit catenas peccatorum: conversatus est inter nos, ut ostenderet, qua via ad vitę patriam redeundum esset. Postremo in cumulum dedit satisfactionis premium, ut Patrem placaret. Quid amplius debuit facere? Cæcum illuminavit, vincum soluit, errantem reduxit, reum reconciliavit. **Quis erit tanta animi feritate**, ut post hęc unguenta non currat? Veræ virtutes nullibi nisi hic reperiti possunt. Vbi prudentia nisi in Christi doctrina? Vbi justitia nisi in ipsis misericordia peccatum remittente? Vbi sanctificatio, id est, temperantia nisi in Christi commercio? Memineris Paulum sępe sanctificationem pro castitate accipere, ut in eo loco, *Hęc Tessal. est voluntas Dei sanctificatio vestra*, ut sciat unusquisque vas suum possidere. Et alibi. *Non vocavit nos Dchs in immunditiam, sed in sanctificationem*. Vbi fortitudo nisi in passione Christi? **Quid ergo moramur?** Seq̄ rāmūt. præeuntēm sponsum ad speciosa deserit, & ad flores rosarum, ingredientes interiora nostra: & exequentes illud: cogitavit vias meas &c. Per ruborem sanguineum significantur tentationes ac tribulationes, quibus nos debemus objicere. Rose Martires sunt. At lilia convallium imus, id est, ad humiles, corde imitandos. Ad amoenas

hortorum, id est, ad Confessores ubi variis licet colligere fructus sanctorum exemplorum, Ad irrigua fontium, id est, ad portanda Scripturarum arcana. Ad delicias cellariorum: habet enim sponsus cellam unguentorum, & cellam vinariam: in primo mortificantur passiones, & disciplinæ ac pœnitentiaz pondere in pulverem rediguntur. In secundo ungimur suavitate virtutum, viventes inter homines sine querela, dulciter ac affabiliter erga omnes nos gerentes. In tertio charitatis vino æ divino zelo inebriamur ad fruetuose prædicandum. Aroma^z tum enim odor fragantia est bonæ famæ, quæ ex prædictis exoritur. Significat etiam perfectos viros quorum verba & opera assidue spirituales exhalant odores. Demum intromittimur ad cubiculi secreta, id est, ad contemplationis celsitudinem. *Hæc omnia ex Bernard Ser. 32. super Cant. quamvis aliqua addiderim, quæ apud ipsum non extant.*



AVCTORIS ANNOTATIO de vita Contemplativa.

Generalis regula habetur in mystica theologia, quod prius oportet alsequi practicam, quam theoricam, id est, prius opus est exercitiū supernaturalis contemplationis, quam inquirendā sit illius cognitio, vel investigandæ

¶ 66 SECUNDA PARS.

artis Iuj's plena notitia. Consistit autem mystica Theologia formaliter quidem in theorica contemplatione seu contemplativa inspectione sive intuitione: contemplativa autem, in fervore divini amoris. Quanto vero dicta inspectio purior extiterit, tanto magis amor, qui semper eam committatur, accedit, suspendit, rapit, transformat, deificat. Est hec dilectio non naturalis, sed supernaturalis ac gratuita, insula, impatrix, & motrix omnium virtutum.

Si queras in quo consistat haec supernaturalis ac sincera Dei dilectio: Repondeo, cum sincere amare, sit velle bene alicui ipsius causa, tunc enim sincere dicimus Deum amare, quando in ipso Deo cordis nostri complacentia fixa est, & cor nostrum nihil aliud cogitat quam Dei immensam perfectionem, ejusque incomparabilem excellentiā, zelo ardet honorandi Dominum, in omnibus se ad ipsius beneplacitum componit, desiderat ardenter omnia, quaeunque sint pati & agere pro eius amore & honore. Hi sunt actus divini amoris, quibus quo quis plenius, affluentiusque afficitur ac fruitur, eo sanctior, divinor, atque sublimior habetur: qui ita vixerit coelestem vitam in corpore ducere est dicendus. Amor vero hic tanto est sincerior, divinor ac Deo placentior, quanto minus amans ad seipsum reflectitur, videlicet dum in oratione, in obsecro, in amore nihil aliud respicit vel querit nisi dilectum ipsum, ejusque honorem & gloriam, castissimam etiam cum eo unionem solum ipsius dilecti causa exceptat. Si vero proprium commodum amer-

iste respicit , vel aliquid aliud , ad se retorquetur , & à rectitudine deflectitur , atque ea de causa servilis , non fidelis aut sincere filialis iudicatur.

Dicitur amor extaticus ab extasi , nempe quod non permittat amantem mentem aliquid aliud cogitare præter id quod amat , nec sinit amantem esse sui compotem : sed adeo amato addicitur , ut in eius obsequium aut profectum penitus transferatur. Et quædammodum datur amor extaticus spiritualis , ita etiam amor carnalis extaticus esse perhibetur apud se mutuos amantes , atque hoc illum planè cognoscimus , nt latissime ostendit Dionys. fol. 209. Nam qui se invicem amant , licet multa dum absunt , animo concipient , tamen cum sibi occurrant , aut simul convenient , vix verba integra proferre possunt : Hoc autem ideo fit , quia vehementer occupatio interna amati præsencia perculta , fugare solet ex memoria illa omnia quæ antea conceperat , ac dicere detreverat. Sic etiam extaticus amor spiritualis , quando Deum dulcissime unionis tempore afficitur , truncata verba effundit. Ideo sponsam dicebat : *Dilectus meus mihi & ego illi.* Præterea quemadmodum amantes arescant , & præ amoris vehementia macilenti redduntur , ita Deum amantes exsecatis humoribus terrenarum & carnalium affectionum sunt quasi ligna arida ut facilius amore divino ignescant. Et sicut se amantium oculos , si recte aspicias , intromitti dicas , ita oculi animæ amantis Dominum intromittuntur diligenter scrutantes ; ne interius aliquid fiat , quod dilecto

D. Dio.

Cant. 2.

suo displaceere possit. Amantes nullis incommodis aut rei familiaris iactura cruciantur, id solum egerime ferunt, si quid contra amati votum commiserint: ita oculi eorum, qui Deo fruntur, numquam lacrymis madescunt, nisi cum divinam laesisse majestatem intelligunt. Item amantes adeo in amatos rapiuntur, ut nihil aliud audiant, nisi si quando de amato incidat scimo: obturant enim ad cetera aures suas: ita Dominum diligentes, vana & carnalia non ad vertunt, quod in Deo plene sint absorti, si aetem de Christo fiant verba latim evigilantes applaudunt.

Beatus Antonius dicebat (ut scribit Cassianus) non esse eam perfectam orationem, in qua devotus seipsum non obliviceretur. Abbas Agathon dicere solitus erat, nihil esse laboriosius, quam orare Dominum. Dicebat etiam Senior (ut legitur in Vitis Patrum) sicut fieri nequit, ut quis faciem suam in aqua turbida lucide inspiciat, sic etiam impossibile est animam a cogitationibus exteris non purgatam Deum vere orare, & contemplari. Asciuescamus ergo omni tempore, loco, actione causa, negotio mentem in Deo per fervidam dilectionem, & humilem orationem infringere, satque per contemplationem imprimere, complecti, strin gere, dicentes cum sponsa; Tenebo illum, nec dimittam. Quod cum sublime sit & excelsum, vita nostra tanto excelsior ac sublimior erit, quanto similior Dei vita fuerit: sed vita Dei sui ipsius assidua dilectio, & contemplatio, ergo, &c.

Sed fortasse queres, quod sit remedium

quo mederi nostro morbo , id est instabilitati valeamus. Respondeo : Causa istius morbi amor est terrenus : remedium est actualis & ardentissimus amor Dei. Quanto enim quilibet in hoc magis proficerit & in contemptu terrenorum omnium , tanto plus in cordis stabilitate proficiet , ut res ipsa restatur. Terrena amantes densis cogitationum tumultibus premuntur : ideo non mirum est , si ea hora qua stabilitatem quærunt , eam adipisci nequeant , sed more solito evagentur. Vulgarè est sæpiissime cogitare de ijs , quæ magis diligimus : & quæ sæpius cogitationi nostræ se offerunt ea magis amamus , juxta illud Domini verbum : *Vbi est thesaurus tuus , ibi &c.* Attende quæso , id amare te scito , quod frequentius cogitas. Enite ergo in amore Domini proficere , & rerum omnium contemptu , in abflessione phantasmatum reium corporearum quæ sæpe occurunt , nec umquam volitare cestant ante oculos nostros , atque etiam in introversione mentisque sursum in Deum directione : sic enim fieri ut bona & diuturna hac consuetudine in dies proficias , ac celeriter ad cordis stabilitatem pervenias , tanto alicujus viatoris contemplatio perfectior , ac splendidior est . quanto ipse clarius ac purius intuetur lucem illam increatam , quæ Deus est prorsus esse incomprehensibilem , ac circumspicit se ab ejus immissione in infinitum occumbere. Dionysius Carth. de Contemp. fol. 184. ita scribit : Causæ proximæ contemplationis tres sunt : nempe servidus amor Dei : abstractio mentis ab omni operatione circa creatam : co-


340 SECUND PARS

natus mentis ad extensionem ac defectio-
nem suam in Deo & quanto perfectiores ha-
causæ fuerint, ac fortiores, tanto contem-
platio, eamque consequens alienatio, seu
raptus ac extasis erunt diuturniores: quod
tamen potissimum pender à divina laetitate.
Quo enim directius mentem in supernatu-
rali elevatione conservaverit, eo plane diu-
tius suspensa permanebit. Et quanvis Bern-
dicat morulam esse brevem id intelligendū
est respective ad imbecillitatem humanæ
mentis, & ad id quod frequentius evenire
solet: non autem respective ad divinam cle-
mentiam, quæ aliquando detinet sanctos in
tempore longo temporis spatio. Hęc ille.

Contemplatio semel degustata vehemen-
tissimum ardorem in ea persistendi gignit in
mente, seu indefinenter ad eam redeundi:
inde fit, ut qui eam gustaverit, non facile
ab ea ejusque intuitu vel affectu valeat re-
vocari; iuxta illud: Qui edunt me adhuc
esurient. Stude ergo emundari a terrenis af-
fectibus. sic enim fiet, ut totus mentis af-
fetus, totusque amans potentia appeti-
tus neminem retrahente aut impediente
integre figuratur in Deo, in illoim-
perscrutabili pelago, ac interninabili &
incomprehensibili abyssō, quam vocat Dionys.
divinam caliginem, quæ nihil aliud est
quam inaccessibilitas & incomprehensibilitas
divinæ lucis, seu divina lux in quantum in-
comprehensibilis & ignota. Quamvis enim
lux divina in se lucidissima, radiosissima, &
clarissima sit tamen respectu mentis, quæ
divinum illum splendorem & decorem in-
quieti non sustinet, caligo vocatur. Ideo clas-

mat Esaias *Vere tu es Deus absconditus.* Et Dominus posuit tenebras latibulum suum. Vnde divinam caliginem intrate, id est, nempe mentis oculum affectusq. apicem per mysticam theoriam in Deum extendere. Est autem contemplatio actus doni sapientiae habiti in excellenti gradu, atque ideo hujus contemplationis exercitatio dicitur esse supernaturalis. Sed quæres, qui sit ut differant Sancti, qui de ea scripserunt. Quidam enim dicunt exercitium contemplationis fieri cum maxima delectatione, alij vero fieri cum maxima afflictione. Componit illos Dionysius fol. 196. dicens aliquando exercitationem hanc peragi laboriose, videlicet quando homo se disponit ad illam secretissimam & ardentissimam unionem cum magno mentis conatu, ut omnia supergrediatur cum fervida oratione, cum propriarum collectione, corporalque habitudinis alteratione. Aliquando vero speciali Dei munere cum maxima peragitur facilitate atque dulcedine: nam interdum mens absque preparatione ulla repente, & quasi inopinato a Spiritu sancto concutitur, irradiatur succeditur, rapitur, transformatur; tunc enim facillime, & absque labore caliginem intrat voluptuose. Hæc autem mystica Theologia non est naturalis notitia, seu cognitio Dei, nec rationis investigatione nititur, sed est quædam celerrima & promptissima Dei contemplatio ex ipsius Domini gratissima illustratione, ac supernaturali irradiatione proveniens, quam assidue ardentissima pundi amoris affectio comitatur; & ideo non competit nisi viris in divino amo-

re perfectis, qui ab omni terrenæ labis macula purgati, & purissime defæcati sunt, quales omnes, qui ista legerint, velit reddere miseratione sua Dominus Iesus, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit in sæcula sæculorum Amen.



*TRACTATUS VITÆ
& instructionis Spiritualis sancti
VINCENTII Ferrerij Ordinis
Prædicatorum.*

PONAM in hoc tractatu tantummodo documenta salubria ex dictis doctorum extracta: non adducam aliquod scripturæ testimonium, vel alicujus doctoris ad probandum quæ dicam vel suadendum: tum quia brevità intendo, tum quia tantummodo ad eum sermonem dirigo: qui cum magno affectu desiderat implere quæcumque secundum Deum facienda cognoverit. Et id circa etiam dicta non probo, quia humilem intendo instruere, non cum arrogantibus contentionibus deservire. Quicunque ergo voluerit proximorum animabus utilis esse & ipsos verbis ædificare primo debet in seipso habere, quidquid alios est docturus: alioquin parum proficiet; nam verbum ejus erit ineficax: nisi prius homines in eo competiant esse quod docet: & longe majora.

DE PAUPERTATE CAP. I.

O Portet enim primitus, ut omnia terrena contemnat, & velut stercora reputet: & solum districtissime ad necessitatem de ipsis recipiat. quam necessitatem in paucō colligat, sufferendo etiam quædam incommoda propter paupertatis amorem, sicut quidam ait. Scio quod laudabile non est pauperem esse, sed paupertatem amare, & paupertatis inopiam propter Christum gaudenter & hilariter sustinere. Proh dolor multi de paupertatis solum nomine glorian- tur, sed eo pacto, ut eis nihil desit. Dicunt se amicos paupertatis, sed paupertatis so- dales & amicos fugiant quantum possunt, fa- mem, litim, contemptum, despectionem. Non sic S. dominicus pater noster: non sic ille qui cum dives esset pro nobis egenus factus est. Omnesque Apostoli, ita ut nosti, verbo & exemplo docuere. Nihil ab aliquo petas nisi sit necessitas, nec acquiescas cuicunque da e volenti quibuscumque precibus etiam sub prætextu, ut indigentibus largiaris: quia crede quod in hoc ipse & omnes, qui audierint, finaliter multum lætificabuntur, ac per hoc ad contemptum mundi eos poteris facilius inducere, & ad subventionem alio- rum indumentum inclinare. Ne essitatē autem tuam intelliго iu parco viatu, & vili vestitu & calceamento, quibus nunc præsen- tialiter indiges. Non voco autem necessita- tem libitorum, sub quorum velamine fre- quenter magna avaritia cooperitur. Satis-

enim libri communes vel accommodati inser-
niuntur in ordine. Et quicumque effectus
prædictorum voluerit clare cognoscere ,stu-
deat primò corde humili adimplere : alio-
quin si corde tumido contradicere voluerit,
foris stabit. Nam à Christo humilitatis ma-
gistro humilibus manifestatur veritas ,qua
tumidis occultatur.

De taciturnitate.

CAPUT II.

Facto ergo paupertatis stabili fundamento
à Christo fundatore in vertice posito ,
dicente , Beati pauperes spiritu &c. ad re-
stringendam linguam vitiliter se accingat:
ut lingua, quę utilia debet loqui , ab ocio-
fis & inutilibus compescatur omnino. Et ut
melius rest ingat , penitus non loquatur,
nisi interrogatus. Interrogatus dico de re
necessaria & utili. Nam inutilem quæstio-
nem silentium debet solvere. Si quę tamen
causa solatii vel recreativa sibi dicatur, ne
onerosus alijs videatur , quandam vultus
hilaritatem & benignitatem poterit ostendere ,
sed nullomodo loqui : etiam si illi,
quicumque sint de hoc videantur murinurare
vel contristari , aut verba detractionis pro-
ferre . ipsum causando singularēm , seu
persistiosum & gravem. Debet tamen pro
ipsis attentius orare ut Deus ab eorum cor-
dibus omnem turbationem amoveat. Pote-
rit tamen a i quando loqui , si imminet alii
qua necessitas , vel proximi caritas ,
vel obedientia provocatus , & tunc valde

præmeditari , & cum paucitate verborum
voce humili & summissa . Quod etiam debet
facere , dum alicui habet respondere de ali-
quo . Nam taceat ad tempus ad proximi æ-
dificationem , ut tacendo discat qualiter suo
tempore loqui valeat : rogando tamen Deum
ut per seipsum supplex : cordibus proximo-
rum interius inspirando ea , quibus interim
se abstinet , linguam per silentium edoman-
do .

De puritate & munditia cordis.

C A P V T III.

EXtirpatis igitur per paupertatem volun-
tariam & per silentium multis sollicitu-
dinibus , quæ impediunt virtutum semina-
ne quantumcunque in agro cordis sœpe &
sæpius seminata inspiratione divina , va-
leant pullulare : jam tibi superest cura vir-
tutibus illis amplius insudare , quæ te addu-
cunt ad illam cordis munditiam , per quam
interiores oculi juxta salvatoris eloquium ,
apperiantur in contemplatione divina , per
quam habeas quietem & pacem , ut ille cu-
jus in pace factus est locus ejus , in te quo-
que habitare dignetur . Nec intelligas me
loqui de munditia , quæ hominem purgat ,
tantummodo à luxuria cogitationis immuni-
de : sed loquor potius de illa munditia , &
cordis puritate , quæ hominem elongat ,
quantum in hac vita possibile est , à quibus-
cunque cogitationibus instilibus , ut jam
non libeat homini aliquid cogitare nisi de
Deo , vel propter Deum . Ad hanc autem

obtinendam cœlestem (ut ita dicam) imo
 divinam quodammodo puritatem (nam qui
 adhæret Deo , unus spiritus est cum eo) ista
 necessaria sunt: primo omnino studeas, quan-
 tumcunque potes , abnegare te ipsum juxta
 salvatoris præceptum. Qui vult venire post
 me , abneget semetipsum &c. Et hoc sic in-
 tellige , ut tuam voluntatem in omnibus
 mortifices & conculces , & in omnibus con-
 tradicas , benigne amplexando aliorum vo-
 luntatem , si tamen licita sit & honesta. Hoc
 tamen generaliter habeas pro quacunque re
 temporali , per quam corporalibus recessi-
 tibus deseruitur , numquam sequaris vo-
 luntatem propriam , ubi alium contradicere
 videas , quantumcumque exorbitaret à ju-
 dicio rationis , sufferasque quodcumque in-
 commodum pro interna mentis tranquilli-
 tate servanda , quæ per tales repugnantias
 perturbatur , dum homo suo judicio adha-
 rendo , & suam voluntatem implendo , ver-
 bis vel cogitationibus cum alijs altercatur.
 Et non solum in temporalibus sed etiam in
 his , quæ spiritualia sunt , vel ad spiritualia
 ordinata , alterius potius , quam tuam im-
 pleas voluntatem , dummodo sit bona , licet
 tua perfecta videatur , quia majus detin-
 me tum aquires in diminutione humilitatis
 & tranquillitatis , & pacis cum alijs , con-
 tendendo , quam possit provenire profectus
 in quocumq; e alio virtuti exercitio , vo-
 luntate propria afflcta , alteri repugnando:
 & hoc intelligas quantum ad illos , qui sunt
 tibi familiari^s , & in spirituali exercitio
 socij , & qui ad pefectionis virtutem anhe-
 dant non de illis , qui dicunt bonum malum &
 malum

malum bonum & qui student aliorum dicta,
& facta carpere, & judicare plus quam sua
prava corriger. Non enim dico, quod de-
beas talium judicio adhaerere in his quæ spi-
ritualia sunt. Nam in temporalibus bene
debes quorumcumque voluntatem plusquam
tuam exequi & implere. Si autem in his,
quæ secundum Deum operari desideras, si-
ve ad profectum tuum vel ad Dei honorem
vel proximi utilitatem aliquos tibi obfistere
videas seu etiam totaliter impedi e, sive
sint superiores, pares vel inferiores, noli
contentionibus deservire, sed te ipsū restrin-
ge, & cum Deo tuo colligens ubique dicas
Domine vim patior, responde pro me. Nec
de hoc contristeris, quia non possunt id ni-
si finaliter pro bono tuo & aliorum, sit ex-
pediens. Imo plus dico tibi, quod quantum-
cumque ad præsens non videas, videbis fi-
naliter; quod illud in quo tibi eos impedi-
menta præstare credebas, erit tibi adjuva-
men ad tuum propositum atsequendum. Li-
cet autem de horto sacræ scripturæ possem
tibi ad hæc exempla producere, sicut de Jo-
seph & multis aliis nolo tamen contra id fa-
cere, quod prædixi: sed experto crede quia
ita est. Si etiam in his, quæ secundum Deū
desideras, te videas quodammodo divini-
tus impediri vel per infirmitatem, vel quo-
cumque alio contingere: de hoc nullaten-
sus contristeris: sed totum æquanimiter
feras, & te ex toto committas illi, qui me-
ius novit, quid tibi expiat, quam tu ip-
se: qui te ad se continuo sublevat, dummo-
do te ipsum illi ex toto committas, quam-
vis forte tu hoc minime videas. Ad hoc er-

go sit totum studium tuum , ut te ipsum in pace & tranquillitate cordis possideas , & pro quocumque euentu non doleas , nisi de solo peccato proprio vel alieno seu de his , quae te inducerent ad peccatum . Non ergo te contisterit quicumque casus fortuitus , non te exagitet indignationis stimulus contradefectum alterius , sed habeas ad quemcumque miserationis & compassionis affectum , cogitans semper quod tu peius faceres , nisi te CRISTVS IESVS sua gratia conservaret . Prepara insuper te ipsum ad quæcunque opprobria , ad quæcumque aspera , ad quæcumque adversa pro CHRISTI nomine sufferenda . Omne etiam appetitum seu cogitatum tibi suggesterentem appetitum cujuscunque altitudinis , sub quo cumque charitatis praetextu in iusto principio & ortu suo velut caput draconis infernalis cauterio mortifices cum baculo crucis , tibi CHRISTI humiliatem & durissimam passionem ad memoriam revocando , qui regnum fugiens , crucem voluntariè est amplexus , omni confusione contempta . Omne humanam plaudem fugiens cum horrore tanquam venenum mortiferum , & in despectu tuo gaudens te ipsum tales vero & ex corde reputes , qui merito debeas ab omnibus conculcari & despici . Videas continuo tuos defectus & peccata tua : & ea aggrava quantumcumque poteris : aliorum vero defectus post tergum projicias , & non videas , & si vides , alleveis , & excuses , & ipsis compatiaris & adjuves , quantumcumque poteris . Averte oculos tuos & mentis & corporis ab aliorum aspectu , ut te ipsum possis inspicere in lumi-

ne vultus tui. Te ipsum sine cessatione considera, & semper sine simulatione diudica: in omni locutione tua, in omni cogitatione tua, in omni lectione te ipsum reprehende & in te semper materiam compunctionis studeas invenire, cogitando, quod bona, quæ facis non sunt plene executa, nec illo fervore facta, quo deberent & multis negligentias inquinata: ut merito omnis tua justitia panno menstruatæ debeat comparari. Te igitur ipsum continuo reprehendas, nec permittas in te sine forti increpatione transire, non solum negligentias verborum & operum, sed etiam de ipsis cogitationibus non dico malis tantummodo, sed etiam inutilibus in conspectu Dei tui omni hora graviter reprehendas te, & te reputes magis vilem & miserabilem pro suis defectibus coram Deo quam quoscumque peccatores pro quibuscumque peccatis: & merito puniendum & à cœlestibus gaudiis excludendum, si secundum justitiam suam, & non secundum misericordiam suā vellet tecum agere Deus tuus: qui tantas gratias super multos alios tibi prærogavit, ad quas omnes ingratus extitisti. Considera etiam diligenter & cum pavore frequentissime rumina, quod omnem aptitudinem ad bonum, & omnem gratiam seu quamcunque sollicitudinem ad virtutis acquisitionem à te ipso non haberas, sed Christus sua misericordia dedit tibi, quod si voluisset, potuisset ita conferre cuicunque scelesto te in luto fecis & lacu miseris derelicto. Cogita etiam te ipsum & ad hoc te credendum inducas: & hoc tibi ipsi persuades, quantum potes, quod non est scelitus

vel quicunque peccaror, qui non magis as-
sistere Deosuo quam tu: & qui non magis re-
cognoscet Dei beneficia quam tu, si rece-
pisset gratias quas tu sola Dei gratuita bo-
nitate & non propriis meritis recepisti.
Propter quod sine fallacia potes te ipsum vi-
liorem & inferiorem omni homine judicare,
& merito formidare, ne propter ingratitu-
dinem tuam à suo conspectu te Christus fo-
ras abjiciat. Non tamen dico, quod per ista
debas credere te esse extra gratiam Dei vel
esse in peccato mortali, quamvis alij peccatores
habeant innumerabilia peccata mor-
talia: quod tamen est nobis multum occul-
tum propter fallax judicium: tum propter
subitam contritionem & divinæ gratiæ præ-
viam infusionem. Dum autem te ipsum vili-
ficando, alijs peccatoribus comparas; non
expedit tibi in speciali ad eorum peccata
descendere: sed solum in quodam generali
cum eorum peccatis tuam ingratitudinem
ponderando, quia etiam si in speciali velis
eorum peccata videre, potes eadem peccata
in te quadam similitudine transformare, sic
te in tua conscientia increpando. Ecce ille
est homicida, & ego miser quoties occidi
animam meam. Ille fornicator & adulter est;
& ego tota die fornicor & adulteror, à Deo
meo oculos avertendo, & diabolicis sugge-
stionibus me supponendo: & sic de alijs. Si
autem videris, quod diabolus te velit in ta-
libus responsionibus quodammodo pertalit
ad desperationem inducere, tunc omissis ta-
libus increpationibus. in spem assurgas:
con siderata bonitate & clementia Dei tui,
qui tot te beneficijs jam prævenit. Nec du-

biūm, quin opus suum in te velit perficere, quod incepit. Communiter tamen de homine spirituali, qui aliqualem Dei notitiam jam percepit, de hac desperatione timere non expedit: dum toto studio ad se increpandum invigilat. Illi tamen posset accidere immo sepe accidit in homine incipiente & specialiter quem Deus liberavit à multis periculis sceleribusque quibus fuerat involutus. Ex his quæ supra jam perstrinxī generabitur in te virtus illa, quæ est mater & origo custosque virtutum, scilicet, humanitas quæ intérieres oculos aperit ad Dei conspectum, cor humanum ab omni superflua cogitatione purgando. Nam dum homo insam resilit pravitatem, seipsum viliificando se increpando, se detestando, suam nihilitatem considerando: sibi ipsi intentiōlē displicendo, & hæc similia cogitando & talem se verè existimando, in tantum circa propria negotia occupatur, quod omnis alia iniūlis cogitatio arescit. Et sic dum anima omnia audita, visa & temporaliter operata à se repellit & in oblivionem adducit, incipit ad seipsum redire, & modo mirabili in seipsum convolui, & sic ad originalem justitiam & cœlestem puritatem appropinquare incipit. Sic dum in seipsa reflectitur contemplationis oculus dilatatur: & in se scalam erigit, per quam transeat ad contemplandum Angelicum spiritum & divinum. Et ex tali contemplatione animus exاردescit ad bona cœlestia, & omnia temporalia à longe conspicit tamquam nihil. Per hoc illi perfecta charitas incipit in mente fervescere, quæ velut ignis consumit omnem rubiginem in-

terioris hominis. Quod si sic totam animam
occupat charitas, non est quod intret vanitas.
Iam quidquid cogitat, quidquid loquitur
vel operatur, totum provenit ex dictamine
charitatis. Vnde secure potest aliis prædicare
sine detimento, sine inanis gloriæ pericu-
lo. Neque enim ut jam dixi potest aliqua
vanitas subintrare, ubi charitas totum oc-
cupavit. Numquid jam respectum habebit
amplius ad aliquod commodum temporale,
qui omnia reputat velut stercus? Sed & ip-
se laudis appetitus numquid animum ejus
poterit subintrare, cum se videat velut sterc-
cus vilissimum coram Deo, miserum abomi-
nabilem & ad omnia peccata proclivem,
nisi eum sua benignitate manus conditoris
continuo conservaret? Quomodo jam extol-
li poterit de quocunque bono opere, qui la-
te clarius videt se nihil posse penitus agere
nisi continuo de hora in horam divina vir-
tus quodammodo cogat eum atque constringat?
Quomodo jam sibi aliquid attribuet
ac si a se ipso proveniat, qui non dicam cen-
ties, sed etiam millies est expertus suam
impossibilitatem in quibus umque bonis o-
peribus magnis & parvis, & qui tot es cog-
novit se non posse, dum voluit: & quando
ut ita dicam, non voluit, nec curavit, nec
super talibus cogitabat, vidit subito se di-
vinitus excitatum fervore mirabili ad illa
ifacienda, quæ prius cum omni conatu suo
mplere non poterat Nam & talem impossi-
bilitatem idcirco Deus tam longo tempore
dominari permittit in homine: ut homo dis-
cat humiliari & ut numquam in seipso ina-
niter glorietur; sed Deo attribuat omne bo-

num non solum in consuetudine quadam : sed potius ex intimis cordis sui : utpote qui & propria experientia doctus luce clarus videt quod non solum non possit operari , sed nec Iesus dicere , nisi in Spiritu sancto , & nisi illedonaret qui dicit : sine me nihil potestis facere, ut jam regratiando ex totis animæ sue viribus Domino confiteatur & dieat, omnia opera nostra operatus es in nobis Domine : ac cum psalmista clamet , non nobis Dñe non nobis , sed nominis tuo da gloriam. Non igitur tali timenda est vana gloria , quando jam Dei vera gloria & animarum zelus ejus precordia totaliter occupant. Ecce jam summarie perstrinxi , & in quodam brevi loquio posui ea , quæ sunt necessaria homini in se ipso quantum ad vitæ suæ perfectionem ; si utiliter & sine periculo vult animæ suæ procurare salutem. Et hæc quidem sufficerent homini illustrato & altum intellectum habenti , & qui in operibus spiritualibus longum habuisset exercitium : quia in his quæ posui breviter tanquam quibusdam vitæ perfectæ principijs recolligere posset quæcunque alia perfectorum actuum exercitia. Nam his tribus primis perfecte servatis , scilicet voluntaria paupertate , taciturnitate , & interna mentis exercitatione , de quibuscumque alijs exterioribus actibus quomodo essent faciendi , homo judicaret. Quia tamen non omnes possunt capere faciliter breviter dicta , paulo diutius insistemus circa particulares actus virtutum.

QVOD PER INSTRVCTO-
rem idoneum citius & facilius per-
venitur ad perfectionem quam
per seipsum.

CAPVT IV.

Sciendum igitur quod homo facilius & in breviori tempore posset ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem, cuius regimine duceretur, cuius obedientiam in omnibus actibus patuis & magnis totaliter sequeretur, quam aliquis posset per se ipsum proficere, quantumcunque vigeat acumine intellectus, & libros habeat in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam. Imo plus dico, quod numquam Christus suam gratiam ministabit, sine quo nihil possumus, si homo habet a quo possit instrui & deduci, & negligit vel non curat alterius ducatum amplecti, credens sibi sufficere, & per se posse investigare & invenire, quae sunt utilia ad salutem. Ista enim via obedientiae est via regia, quae homines inoffenso pede ducit ad summitem Icalae, cui Dominus appareret innixus. Hanc viam tenuere omnes sancti Patres in eremo, & breviter omnes qui ad perfectionem attigerunt per hanc semitam processerunt: nisi forte Deus aliquos per seipsum instruxerit ex privilegio gratiae singularis, deficientibus eis, & non inventis qui eosoras instruerent, quia tunc pietas divina

per se supplet, quod exterius minime repe-
ritur : si tamen corde humili & ferventi ad
Deum accedunt. Et quidem isto tempore
(heu nobis miseris) quasi nullus reperitur,
qui alios de perfectione vitæ instruat : cum
potius si homo velit tendere ad Deum , in-
veniat retrahentes multos , & quasi nem-
inem adjuvantem. Quamobrem expedit , ut
homo ad Deum toto corde recurrat , & ab
eo instrui cum omni orationum instantia &
cordis humilitate depositat : & se in Deum
projiciat , se ipsi totaliter committendo : ut
ipsum benignus tanquam orphanum sine pa-
tre recipiat , qui neminem vult perire , sed
vult ad cognitionem veritatis quoscunque
venire. Igitur ad te dirigo sermonem meum
qui magno cordis affectu Deū desideras in-
venire , qui ad perfectionem anhelas , ut in
animabus aliorum utilis esse valeas. Ad te
ergo nunc dirigo sermonem meum , qui cor-
de simplici & non duplice accedis ad Deum ,
qui quæris virtutum intima penetrare , qui
per viam humilitatis pervenire desideras ad
gloriam majestatis.

*De obedientia servanda.**C A P V T. V.*

DVobis igitur jam præmissis , scilicet
paupertate & taciturnitate , tanquam
fundamentis primariis , Christi athleta se
accingat , ut obedientiæ regulam & semiam
in omnibus & per omnia teneat , quantum
poterit inconcusse , secundum regulam , con-

stitutiones, rubricas ordinarij, & aliorum librorum, omni loco & tempore intus & extra in refectorio dormitorio, in choro inclinationes & prostrationes, faciendo surgendo & stando, & omnes majorum ordinationes ad unguem teneat, quantum potest, semper cogitans verbum Christi, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Deinde ad coaptandum corpus suum totaliter in obsequio Christi Iesu coercent, ut omnes actus & motus corporis sint omni morum honestate compositi secundum regularem disciplinam. Neque enim poteris unquam animam ab inordinatis cohibere, nisi prius studueris corpus tuum subiecere disciplinæ ipsum restringendo non solum ab omni actu sed etiam ab omni motu incongruo & inepto.

De modo regulandi corpus.
C A P V T V I.

Igitur regulationem corporis intendens, primo contra gulam insistas. Nisi enim contra hanc victoriam habeas, in vanum laboras in acquisitione aliarum virtutum. Iustum autem modum observes. Primo ut nihil tibi in speciali procure, sed cibariis, quæ fratibus communiter apponuntur, sis contentus. Sæcularibus volentibus tibi encænia mittere, nullatenus acquiescas pro tua persona: si tamen volunt conventui mittere, mittant. Invitationes fratum extra refectorium nullo modo recipias: sed continuo refectorium teneas, omnia jejunia ordinis observando. Et haec intellige, quandiu Christus te in sanctis

conservabir, Nam si infirmus fueris , juxta infirmitatis necessitatem te tractari permittas nihil tibi penitus procurando, sed omnia cum gratiarum actione recipias , quæ tibi fuerint ministrata. Ut autem non excedas in sumptuione cibi & potus , debes naturam tuam diligentissime examinare , quanto cibo & potu valeas sustentari : ut scias judicare inter superfluum & necessitatem. Hoc autem habeas pro regula generali, ut saltem de pane comedas sufficienter, quantum natura requirit specialiter dum jejuras. Nec unquam credas diabolo suadenti tibi facere abstinentiam de pane. Et in hoc poteris experiri , quantum natura requirit , vel quid sit illi superfluum : si tempore binę refectionis post nonam inveneris te gravatum , & in stomacho sentias quandam ardorem , ut orare , scribere vel legere nequeas : communiter hoc accidit propter excessus : si idem sentias post matutinas , quando coenasti : si etiam quando jejunas post completorium idem gravamen adesse percipias. Igitur comedere satis de pane , si tamen ut post comedionem sis paratus legere scribere vel orare : si tamen illa hora non es es ita aptus sicut aliis horis , dum tamen non sentires gravamen aliud , ut prædicto non esset crimen excessus. Cogita igitur tuæ naturæ sufficientiam modo prædicto vel aliter, prout te docebit altissimus , à quo debes simpliciter postulare. Si sollicitus valde illum modum continue observe , & semper in mensa , quidquid comedis afflimate : & quando per negligentiam excesseris , non finas absque pœnitentia digna pertransire.

*De modo bibendi.**C A P . VII.*

DE potu verò nescio tibi regulam pone-
re , nisi quod paulatim te restringas de
die in diem minus bibendo : ita tamen , quod
non sitias nimis die & nocte. Specialiter au-
tem cum potagium comedis , potes facilius
transire cum potu temperato : ita tamen ,
quod sufficiat ad cibi digestionem. Nolo ta-
men bibas extra comedionis horam nisi ves-
peri quando jejunas , & tunc valde tempe-
rate : vel nisi propter laborem itineris , vel
quancunque aliam lassitudinem. Bibas au-
tem vinum ita limphatum , quod vini forti-
tudo deficiat. Et si esset forte , apponas aquæ
medietatem vel plus. Et sic magis vel minus
secundum quod Dominus inspiraverit.

*De modo standi in mensa quo ad
utrumque hominem.**C A P V T VIII.*

PVlsato itaque cymbalo , cum omni ma-
taritate lotis manibus in claustro seden-
do nola pulsata , refectoriū introibis : & non
parces tibi , cum omni fortitudine tua , cum
voce & corporis modestia Dominum bene-
dicens , & juxta ordinem tuum te collocabis
in mensa , cogitans apud te corde pavido
quod debeas peccata populi manducare :

cor tuum etiam præparabis ad intelligentiam lectionis, quæ legitur in mensa, vel si lectionem non habeas, ad meditationem aliquam spiritualem, ut nequaquam totus comedas, sed corpore suam refectionem habente, anima nullatenus defraudetur. Positus autem ad mensam, vestimenta decenter coaptes, cappam super genua retorquendo. Statue autem pactum tecum omnino, ut nullo modo circunspicias comedentes, sed solum tibi apposita videbis. In principio cum sederis, ne extendas subito manus ad incidentum panem, sed stes aliquandiu super; usquequo saltemi dicas Pater noster & Ave Maria, pro animabus defunctorum, qui in purgatorio existunt magis indigentium. Hoc autem generaliter habeas, quod omnem actum & omnem corporis motum cum quadam modestia facias. Si panem diversum, durum molle album, aut aliter factum, ante habeas, illum comedas qui est vicinior, & libentius comedas illum ad quem minus sensualitas inclinatur. Nunquam in mensa aliquid petas, sed permitte alium pro te postulare. Quod si non faceret, patientiam habe. Non teneas cubitum super mensam sed simpliciter manus. Nod teneas crura diuariata, nec pedem alteri supponas. Non recipias scutellas duplices, vel aliud quocunque, nisi tantum quantum communiter omnes alij habent. Quamcunque pitantiam à quoque misam, etiam priore, non comedas: sed ut potes, competenter in fragmentis abscondas, vel in scutella. Vbi nota quod mos Deo gratus est aliquid de potagio Christo-

pauperi semper in scutella dimittere, simili-
liter aliqua panis fragmenta non crustas, imo
illas comedas, & de pane confracto Christo
dimittas. Nec nimis cures si de hoc aliqui
murmurent, dummodo prelatus tibi non
mandaverit oppositum. Et generaliter de
omni eo quod comedis, aliquam particulam
Christo pauperi dimittas, & bolos meliores,
& non viliores. Sunt tamen aliqui, qui vilia
tantum donant Christo, sicut porcis fieri con-
suevit. Si tamen cum uno pulmento suffi-
cienter potes comedere de pane, in secundo
pulmento aliquid de pane reponas, & Christo
dimittas. Et si tibi Dominus donauerit,
potes facere quasdam mirabiles abstinen-
tias, Deo gratias, & hominibus incognitas.
Si est tibi cibus insipidus, ex defectu salis,
vel alia quacunque causa, noli apponere tibi
sal, nec aliud condimentum propter Christum
felle & aceto potatum, sed sensualita-
ti resistas: similiter quacunque salsa menta
quae ad nihilum valent, nisi ad gulæ excita-
mentum, dimittere occulte potes. Quando-
cunque quis bolus gratus tibi circa finem
apponitur, istum dimitte propter Deum.
Similiter caseum, fructus, & hujuscemodi,
sicut nectar, vinum melius apportatum, &
cetera qua non sunt necessitatis pro salute
corporis humani, imo frequenter est no-
xium, dum prodest quod delectat. Si dimi-
seris propter Christum haec, non dubito
quin tibi parabit in dulcedine Christus Do-
minus cibum consolationis spiritualis, etiam
in alio cibo, quo contentus es propter Christum.
Et ut melius & facilius possis a quibus-
cunque volueris abstinere, ponas in corde

tuō, quando vadis ad mensam, quod pro peccatis tuis debes in pane & aqua abstinere. Vnde panis sit solus cibus, & pulmentum pro cibo non adjicias sed ut possis panem convenientius deglutire. Tene quod si hoc posueris in corde tuo, quod videbitur tibi magna pitantia, habere aliquid de pulmendo. Et obserues quod non ponas offas multas in paropside, sed sufficiat tibi panem intingere. Quando verò pulmentum non habueris, comedas panem vel dimidium vel paulo plus. Quando bis comesturus es, naturae satias facias etiam si talia non haberes. De multis talibus actibus quos tibi exprimere non possum te instruet Christus, si ad ipsum ex corde recurreris, & totam spem in ipso posueris. Quis enim exprimere valet modos innumeros, quos tibi Deus demonstrabit? Sis etiam attentus, nec sis de illis qui finem non faciunt in edendo: imo quam citissime poteris te expediās, seruata debita honestate, ut magis lectioni possis attendere. Dum à mensa surgis, ex toto corde regratieris altissimo: qui tibi contulit bona sua, & qui tibi virtutem aliquam præstítit, ne tibi sensualitas prævaleret. Non parcas voci tuae, sed secundum possibilitatem tuam gratias age bonorum omnium largitori. O charissime, cogita quam innumerabiles sunt pauores, qui ad delicias maximas reputassent, si habuissent tantummodo panem, quem tibi eum aliis cibariis Dominus ministravit. Ita enim veraciter debes cogitare, quod Christus est qui tibi dedit, imo plus quod immensa ipse tibi servivit. Vide ergo cum quaesta disciplina, cum quanta reverentia, maturi-

tate & tremore debes in mensa consistere, ubi vides præstantialiter Deū tuū in propria persona ministrare? O quam beatus es, si tibi de super daretur mentalibus oculis ista conspicere. Videres enim sanctorum multitudinem copiosam cum Christo per totum refectorium discurrere.

De modo perseverandi in sobrietate & abstinentia.

CAPVT IX.

VIT autem in tali modo sobrietatis & abstinentiae iugiter in timore, & à Deo totaliter recognosce, & ab ipso perseverantiam pete. Et si non vis corruere, noli alios iudicare, nec contra eos indignationis spiritu movearis, si eos vides in edendo debitum ordinem non servare, sed eis compatiatis ex corde & pro eis ora, & eos in corde tuo quantum potes excusa, cogitando quod tu non potes aliquid, nec ipsi possunt nisi quantum Christus porrigit manum suam, qui non pro meritis tribuit, sed pro suæ beneplacito voluntatis. Si hæc cogitaveris firmus eris. Nam quæ est causa quod multi quandoque incipiunt multa facere in abstinentia, & in aliis, qui non perseverant corpore torpente, & spiritu frigescente? Certè nulla alia nisi propter eorum elationem & præsumptionem, dum de se presumentes aliis indignantur, eos in cordibus suis iudicando. Et ideo Deus subtrahit ab eis donum suum, & vel spiritu frigescunt, vel ex indiscretionis vitio plus facientes quam oportet, in infirmitatem incurunt, & sic tandem dum ad restaurationem corporis intendunt, in hoc quoque metas excedunt et-

ficiunturque gulosi plusquam alii quos primus iudicabant, sicut ego de quibusdam cognovi. Nam istud communiter accidit, quod quicunque alium in aliquo iudicat, Deus tandem permittit in illum defectum cadere vel maiorem. Ergo seruias in timore. Et quandounque te sentis in exaltatione, ob memoriam beneficiorum, que tibi donat altissimus apprehende disciplinam increpatiōnis & propriæ reprehensionis, ne quando itascatur tibi dominus, & pereas de via iusta: si sic feceris, stabilis permanebis. Ecce indicavi tibi modum altissimo gratum, contra quæ dominum, ad quem pauci pertingunt qui non excedant, vel plus, vel minus edendo, vel debitas circunstantias non servando.

De modo habendo in somno & vigilia,

C A P V T X.

P Ost hoc nitaris circa somnum & vigilias modum debitum custodire, in quo valde difficile est habere mensuram. Vbi nota quod sunt, in quibus specialiter imminet periculum corpori, & per consequens animæ, si discretionis limites excedat, scilicet in nimia abstinentia, & in vigilia inordinata. Nam in aliis virtutum exercitiis, non sic est periculum in excessu. Et propter hoc diabolus habet istam astutiam finaliter, quod si videt hominem spiritu ferventem, immittit illi suggestiones, ut faciat abstinentias & vigilias magnas, & per hoc inducat eum in tantam corporis debilitatem quod infirmetur & debilitetur, & quod ulterius ad nihil valeat, imò, ut supra dixi, ut plus postea comedat, & dormiat

quam alii, Et talis numquam audet assumere exercitium in vigiliis & abstinentiis, recognoscens se per talia infirmitatem incuruisse, sibi diabolo sugerente & dicente, non facias talia, nescis quod ob talia fuisti infirmus, cum tamen non fuerit per vigilias & abstinentiam infirmatus, sed quia in his discretionis tramitem non servavit: Unde homo simplex non intelligit sophismata diabolica, quibus ex utraque parte decipitur, unde sub colore boni ipsi dicit: Tu fecisti tot peccata, quando poteris satisfacere? Vel si non fecit peccata enormia, dicit ei: O quanta passi sunt martyres & eremiti. Et credit simplex homo quod cum talia habent speciem boni, non possint esse nisi a Deo, & Deo permittente. Hoc fit maximum quando talis primo cum magna humilitate & tremore, & cum instantia orationum non recurrat ad Deum, qui eum illuminaret, & dirigeret, quando non reperiret hominem directorem. Homo enim qui sub obedientia sancta consistit, & continue regula directionis dirigitur & instruitur, a talibus deceptionibus tutus est, etiam si ipse Pater spiritualis aliquando aliqualiter erraret. Deus enim propter humilitatem obedientiae totum sibi disponit ad bonum, sicut probari posset multis autoritatibus & exemplis. Itaque circa somnum & vigilias, talis modus poterit obseruari. Ut scilicet tempore aestivo post prandium postquam campana pro silentio est pulsata, quieti membra componas. Etenim illud tempus ad spiritualia exercitia minus aptum est, & per hoc in nocte amplius poteris vigilare. Hoc tamen ge-

neraliter debes observare quotiescumq; vis dormire, ut semper vel psalmos rumines, vel spirituale aliquid mediteris, quod etiam somnum intercipiat, & quandoque tibi in imaginatione præsentetur. In sero hoc communiter habeas, ut non multum vigiles. Nam per vigiliam serotinam impeditur attentio, & devotio in matutinali officio. Est enim communiter talis somnolentus, gravis & indevotus quando nimis vigilat in sero, imò aliquando ex toto à matutinali officio cogetur remanere, Igitur statue tibi aliquas breves orationes, vel aliquam lectio- nem, vel meditationem, quibus in sero antequam dormias breviter occuperis. Et inter illas meditationes si in hoc fertur tua devotio, potest tua mens ferri ad ea quæ in passione Domini illa hora contigerunt, & similiter faciendo in omnibus aliis horis, juxta modum quem habes à S. Bernardo traditum. vel prout tibi Dominus inspiraverit. Non enim est omnium devotio uniformis, sed alius plus alio excitatur. Aliis enim sufficit in sua simplicitate in foraminibus habitare. Nullus tamen quantumcunq; pol-lens ingenio, debet omittere ea quæ possunt eum ad devotionem excitare, imò quæ legit vel studet, debet ad Christum reflectere cum ipso loquendo, & ab ipso intelligentiam postulando. Sæpe dum aetu studet, à libro debet ad horam oculos avertere, & oculis clausis se in Christi plagis abscondere & iterato se ad librum convertere. Etiam quando debet à studio surgere, debet in cœlum flexis genibus aliquam ignitam orationem cum brevitate ad Deum

fundere , vel etiam quando vult cellam e-gredi , & Ecclesiam , claustrum , vel capitulum circumire , secundum quod impetus spiri-tus confert , & aliquando oratione for-mata vel informis , per gemitus & suspiria de ebullitione cordis divinum auxilium im-plo-rando , vota sua & desideria altissimo præ-sentando , sanctorum ad hæc auxilium im-plorando . Et illud negotium quandoque agitur sine psalmis , & sine quibuscumque orationibus exterius formatis verbo , quam-vis hoc aliquando initium sumpserit vel ex aliquo versu psalmi , vel alterius scripturæ , sive alicujus sancti , nobis interdum Deo in-spirante interius proprio desiderio vel cog-i-tatu adinuentum . Cùm autem ille fervor spi-ritus transierit , qui communiter parum du-rat , potes ad memoriam revocare , quæ pau-lo antè studueras , & tunc dabitur tibi clari-or intellectus : quo facto iterato ad stu-dium redeas , vel ad lectionem & iterato ad orationem , & sic alternando commutes . Nam per hujuscemodi commutationem , in oratione maiorem reperies devotionem , & in studio intelligentiam clariorem . Iste au-tem fervor devotionis post studium lectio-nis , licet quacunque hora indifferenter veniat secundum quod ille dignatur im-mittere , qui suaviter disponit omnia prout vult , tamen communiter post matutinas amplius evenire consuevit . Et ideo in sero parum vigiles , ut totum spiritum post matutinas in studio & oratione valeas occupare . Igitur in nocte dum audis horologium , vel quod-cunque signum statim excusfa omni pigri-tia à strato discedas , ac si ibi esset ignis

accensus & flexis genibus cum fervore aliquam orationem effundas , saltem Ave Maria , vel aliud in quo animus tuus magis inflammatur: Vbi nota , quod ad hoc ut faciliter & sine molestia , imò cum quadam alacritate surgas . multum facit si supra stratum durum dormias , & jaceas indutus. Hoc debet habere generaliter servus Dei , ut omnem molliiem & complacentiam fugiat ita tamen quod discretionis limites non excedat. Habeas igitur de paleis , quæ quantum amplius expressione duriores extiterint , tanto gratiore debes habere , & super ipsas sufficiat tibi fasciatam seū coopertoriū habere , pro tegumento autem contra frigus unam vel duas pro temporis diversitate , secundum quod tua necessitas postulabit. Ad caput autem sacculum plenum paleis habeas , & fugias molliciem pulvinaris , & similiter omnes mollieties alias assuetas , sicut de sudariis sub maxilla vel ad collum , seu ad zonam , nisi forte de nocte in aestivo tempore propter sudorem. Nam talibus natura non indiger , sed sunt quædam malæ consuetudines introductæ. Dormias etiam induitus , sicut de die , nisi quod sotulares debes extrahere , & corrigiam relaxare. Potes tamen tempore aestivo magni aestus , cappam detrahere , & cum solo scapulari quiescere. Si per istum modum dormias , non erit tibi molestum surgere , imò citò & cum alacritate consurges. Dum igitur officium de beata Virgine dicitur stans in ostio cellæ tuæ non appodiatus , sed super pedes tuos cum omnی attentione competenti voce distinctè & alacriter dicas officium virginis gloriose ,

Et te sic habeas quasi eam cerneret corpus.
ralibus oculis coram te. Officio virginis
erminato, & completa corporis necessitate
ad Ecclesiam vadas, vel ad claustrum prout
maiorem devotionem invenies. Vbi nota
quod servus Dei eundo & redeundo ad cel-
lam, vel in quocunque alio loco non de-
bet esse ociosus corde, sed vel psalmos,
vel aliquid spirituale ruminare. Potes
tamen ante inchoationem officij, cho-
rum intrare, & aliquid speciale preme-
ditari, ut devotius & attentius cum
aliis psalmos valeas decantare. Pulsatis
igitur matutinis, & factis veniis vel
inclinationibus, psallendo sta super pe-
des tuos non appodiatus, sed corde & cor-
pore sta viriliter coram Deo tuo & iphius
laudes cum omni alacritate decanta, reco-
gitans quod sine dubio sancti Angeli sunt
presentes, in quorum conspectu psallens
Deo eos debes continuè revereri: ut potes
qui faciem Dei patris omnipotentis, qui
omnium creaturarum est creator, in cœlis
vident, quam tu nondum nisi per speculum
in ænigmate contemplaris. Nunquam par-
cas voci quantum potes discretione regente,
non obmittas iota unū tam de psalmis, ver-
sibus, dictionibus, & syllabis quam de voce.
Et si non potes æquali voce cum aliis, ta-
men cum voce submissa. Et si potes, psal-
mos & hymnos cantes in libro, dum intel-
lectum habes in psalmis & cæteris orationi-
bus, ut consolationem spiritus reportes.
Tunc oportet te esse sollicitum, ne in actu
exteriori, scilicet in gestu corporis & sono

vocis specialiter aliquid appareat levitatis,
sed tunc spiritualiter oportet te conservare
mentem, & debitam gravitatem. Nam spi-
ritualis lætitia in quandam convertitur le-
vitatem, nisi fræno discretionis actus com-
primatur extrinsecus: conatu tuo facias, ut
psallas spiritu & mente. Nam magnus
labor est homini, præcipue incipienti,
nondum in Deo roborato, tempore psal-
modiæ mentem ab evagatione constrin-
gere. Semper in choro teneas locum
tuum, & communiter te ponas in uno
loco, nisi fortè alius veniret, cui me-
ritò cedere oportet. Si in choro præui-
deris aliquem defectum, per te vel per
alium studeas implere. Vnde nota, quod
Deus gratum haberet si pridie prævideres
rubricas, & omnia dicenda in choro, &
paratus essem ad omnes defectus &
negligentias aliorum supplendas. Sed ca-
yeas quod dum in choro est aliqua con-
troversia eorum que sunt dicenda vel
cantanda, ne tu os tuum aperias, etiam
si certus essem de eo quod dicendum es-
set. Sed multi quandoque pro uno
modo multum litigant. Minus malum
est errare quam litigare. Si autem unico
verbo posses errorem chorici corrigeri, tunc
facere debes specialiter si tuis de provectioni-
bus in choro. Si autem te vides spiritu
impatientiæ agitari, melius est quod tu
studeas motum animi tui subiugare. Si
autem aliquis male legit vel cantat, vel
quocunque modo ineptè se habet, non lub-
mur mures vel corrigas. Est enim species cu-

jusdam iactantiae talis correctio. Idem in lectione quantumcunq; quis male & inepte legat, nec etiam aliquod signum faciat: quia hoc est signū mentis vento elationis inflatę. Quando multi subito currunt ad aliquem defectum supplendum, non te ingeras. Si autem nullus esset supplens: tunc cum omni modestia ad supplendum occurras: sed si potes, taliter defectum anticipes, ne valeat deprehendi. Cave tamen ne duas lectiones immediate legas, vel duo responsoria, nisi tantus esset defectus, & maxime ubi est multitudo fratrum. Item non de facilite ingeras si iuvenis es, ad dicenda ea quæ pertinent ad antiquos. Non circunferas oculos vel hinc inde, nec aliquem videoas quid faciat, quomodo se habeat, sed oculis in terram demissis, vel sursum erectis, vel clausis, vel ad librum stes. Semper quando dicitur divinum officium, dum stas vel sedes, non teneas manus sub mento, sed sub cappa, vel scapulari, ubi condecens est semper cappam habere. Non teneas unum pedem super alium, vel tibias divaricatas, sed cum omni modestia: ut qui es in presentia Dei tui. Caveas ne digitos teneas in naribus, sunt enim aliqui qui in hoc & talibus miseriis, non sine diaboli stimulatione occupantur, divertentes à divino officio & indevotionem non modicam ostendentes. Multi tales actus particulares occurrunt, qui non possunt exprimi: sed si humilitatem habueris, & integrā charitatem, de omnibus unctione te docebit. Tu qui legis attende, quia cum hic ponantur multi actus, qui ad omnem circumstantiam variantur,

non propter hoc ista improbes, si aliquando aliter fieri oporteret, sicut de loquendo in choro cum error apparer: quia ad antiquum bene pertinet emendare. Generaliter tamen verum est, quod servum Dei litigare non decet: minus malum est patienter tollere errorem, quam contentionibus deservire: quantò magis in choro ubi tales contentiones scandalose, attentionis ac tranquilitatis mentis sunt conturbative? Similiter cum dico quod semper legat, vel cantet in choro. Quandoque enim posset oriri talis in mente devotio, quæ ex cantu impediretur, quod melius esset apud se dicere officium, præcipue ubi alijs essent qui sufficerent ad cantandum, & sic de multis aliis: prout melius docebit altissimus, si contemptis omnibus ei corde simplici volueris ad haerere. Non enim debet sibi quisque faciliter credere, ut oportum faciat, nisi longo virtutum exercitio discretionis spiritum sit adeptus.

De modo predicandi.

C A P V T X I.

IN prædicationibus & exhortationibus utere eloquio simplici, & confabulatione domestica, ad declarationem actuum particularium. Et quantum potes, insiste cum exemplis, ut quilibet peccator habens illud peccatum videatur percussi, ac si illi soli prædicares, taliter tamen quod verba videantur ab animo procedere, non superbo vel indignanti, sed magis ex visceribus charitatis

R

372 VITA SPIRITALIS.

& pietatis paternæ sicut pater condolet peccantibus filiis , vel infirmitate gravi , vel fovea grandi jacentibus : quos nititur extrahere & liberare & fovere sicut mater , & sicut qui gaudet de profectu eorum , & de gloria paradisi sperata . Talis enim modus consuevit esse proficuus audientibus . Nam de virtutibus & virtutis locutio generalis parum excitat audientes . Item in confessionibus , ut sive blandè tractes pusillanimes , sive terreas induratos , semper vilcerat charitatis ostendas : ut semper peccator sentiat , quod verba tua ex pura charitate descendant . Et ideo charitativa verba & dulcia semper pungitiva procedant . Tu itaque qui desideras proximum animabus esse ut lis . I. ad D . u ex toto cordere recurre , & ab eo simpliciter postula , ut tibi illa charitatem largiti dignetur , in qua est summa virtutum , per quam possis perficere quod optas .

Remedia contra tentationes aliquas spirituales.

CAPUT XII.

AD honorem Iesu dicam tibi remedia contra alias tentationes spirituales , quæ in isto tempore abundant in terra , ad purgandum & probandum electos . Quæ quamvis expressè & manifestè non sint de aliquo principali articulo fidei , tamen qui bene respicit , cognoscit quod sunt in periculo destructionis principalium articulorum .

fidei, & quod præparent cathedram & sedent
antichristo. Quas tentationes nolo exprime-
re: non enim ponam materiam & occasio-
nem scandali, seu offendiculum & imperfe-
ctionem, sed monstrabo tibi per quam spi-
rituale discretionem debes te regere, si non
vis esse victus a prædicti temptationibus. Et
quia prædictæ temptationes veniunt duobus
modis, primò quidem per suggestionem &
illusionem diaboli, qui decipit hominem in
regimine quod deberet habere erga Deum,
& in hoc quod est Dei: secundo per corru-
ptam doctrinam aliquorum, & eorum mo-
dum vivendi, qui jam venerunt in prædictis
temptationes. Propter huc volo tibi dicere,
quod regimen debes habere erga Deum, &
illud quod est Dei, si vis esse immunis à præ-
dictis temptationibus: Et post quomodo de-
bes regi erga alios quantum ad doctrinam &
modum vivendi eorum. Primum ergo re-
medium contra temptationes spirituales hu-
ius temporis quas procurat diabolus in cor-
dibus aliquorum, est quod illi qui volunt se
subdere Deo, non desiderent per orationem
vel contemplationem, vel per alia opera
perfectionis, visiones, vel revelationes,
vel sentimenta, quæ sunt supra naturam,
& supra omnem cursum eorum qui diligunt
Deum & timent per verissimum amoenum
quia prædictum desiderium non potest esse
sine radice & fundamento superbiae & pax-
sumptionis, vel intentionis alicuius vanæ
curiositatis circa Deum, vel sine fragilitate
fidei. Et per hunc defectum iniuria Dei
dimittit animam, quæ habet ante dictu-

desiderium , & permittit eam uenire i n ta-
lem illusionem & temptationem diaboli per
falsas visiones & revelationes , & falsas se-
ductiones , per quem modum seminat ma-
jorem partem temptationum spiritualium hu-
jus temporis , & radicat eas in cordibus il-
lorum qui sunt nuncij antichristi , secundum
quod poteris videre per subsequentia. De-
bes enim scire , quod veræ revelationes &
sentimenta spiritualia secretorum Dei , non
veniunt per antedictum desiderium , neque
per aliquem conatum , seu studium quod ani-
ma habeat in se , sed tantum veniunt pura
bonitate Dei in animam , quæ est in magna
humilitate & in magno desiderio Dei & re-
verentia. Nec etiam exercitet se in magna
humilitate & timore Dei propter hoc ut ho-
mo habeat visiones & revelationes & senti-
menta supradicta : quia in idem delictum
caderes in quo per supradictum desiderium .
Secundum remedium est , quod in anima
tua in tua oratione vel contemplatione non
sustineas aliquam consolationem vel parvam
ex quo tibi videretur quod fundaret se in
præsumptione & estimatione tui ipsius , &
postquam dicit in abusionem proprii hono-
ris , & reputationem , & ex quo suggerit
menti tuæ dignum esse vel hujus vita gloriæ
& laudis , vel Paradisi , quia scias quod a-
nima quæ sentit se in tali consolatione , ve-
nit & incurrit in plures malos errores , quia
dominus per suum justum judicium permit-
tit potestatem diabolo augmentandi prædi-
ctam consolationem , & accelerandi , & im-
primendi in illa anima falsissima & peri-
culosissima sentimenta , & alias illusiones

quas consolationes credit & putat esse veras. Heu heu Deus meus quot personæ sunt deceptæ per istum modum? scio pro certo quod maior pars raptuum imo rabierū nuntiorum antichristi venit per istum modum; Et propter hæc cave ne in tua oratione vel contemplatione sustineas aliquam consolationem, nisi illam quæ venit per perfectam notitiam & completem sentimentum tuæ humilitatis, & imperfectionis, & quæ facit perseverare dictam notitiam & antedictum sentimentum in te, & in magnitudinem & altitudinem Dei per altam reverentiam, & cum magno desiderio honoris Dei & gloriae, & quod antedicta consolatio fundetur in prædictis. Tertium remedium est, quod omne sentimentum & quantumcumque altum & omnis visio quantumcumque sit secreta, & secreto tibi appareat, quæcumque sit ex quo dicit cor tuum ad opinionem vel infectionem contra aliquem articulum fidei, vel contra bonos mores & maximè contra humilitatem, vel contra honestatem, exhorrescas, quia sine dubio ex parte diaboli venit: & si appareret tibi aliqua visio sine lumine & sentimento de quo sis certus quod venit ex parte Dei & propter quam sis certificatus in corde tuo. quod illud quod inducit visio, est Deo placitum noli te firmare in dicta visione. Quartum remedium est, quod nec propter magnam devotionem, nec propter magnam vitam, nec propter clarum intellectum, nec propter aliquam sufficientiam aliam quam vides in aliqua persona vel aliquibus personis, noli sequi eorum consilia, nec eorum modos,

3-6 VITA SPIRITALIS

ex quo cognoscis clare & multum rationabili-
liter , quod eorum consilia non sunt secun-
dum Deum & veram discretionem , & per
vitam Iesu Christi & sanctorum monstratam,
& per sanctam scripturam in dictis sancto-
rum prædicata & notificatam. Et propter
hoc non timeas , quod spernendo talia con-
silia eorum pecces per superbiam & præsüp-
tionem , dum hoc facis propter zelum & a-
morem veritatis. Quintum remedium est :
quod fugias , & vites familiaritates & societa-
te illorum & illarum , qui vel quæ dicas
tentationes seminant , diffundunt , & vites
illas personas quæ sustinent & laudant eas ,
& noli audi eorum verbaba , nec collatio-
nes eorum , nec modos eorum velis videre
quia ibi démon subministrabit & ostendet
magnum signum perfectioni in pluribus eo-
rum verbis & modis quæ si velis accipere ,
& illi credere venires & rueres in pericula ,
ruinas & præcipitia errorum illorum.

Remedia contra inanes revelationes.

CAPUT XIII,

POst hæc dicam tibi aliqua remedia , que
debes attendere circa personas , que
seminant dictas temptationes per suam vitam
& doctrinam. Primum est quod non ha-
beas magnam estimationem visionum ea-
rum & sentimentorum , nec raptuum : imo
si dicerent tibi aliquid quod sit contra fidem
& contra sacram scripturam , aut contra bo-
nos mores , abhorreas eorum visionem &
sentimenta , tamquam stultas dementias .

& earum raptus sicut rabia menta. Tamen si dicant sive judicent in hoc quod est secundum fidem & sanctam Scripturam, & secundum sanctos & bonos mores, noli spernere: quoniam sperneres, quod est Dei, tamen non confidas totaliter: quia sepe & maxime in temptationibus spiritualibus falsitas inducitur seu absconditur sub similitudine boni, ut diabolus possit saepè & melius mortale venenum sine suspitione diffundere. Et ideo credo quod plus placet Deo quod visiones & sentimēta & raptus qui secundum quod dictum est, habent similitudinem veritatis & bonitatis, dimittas ire pro tanto quantum valent, nisi contingant aliquibus personis ratione sanctitatis & discretōnis, ac eorum humili probitate, de quibus certum est quod praedictæ personæ non possunt decipi per illusiones, nec per ingenium diaboli. Et tunc quamvis sit pium visionibus & sentimentis tantarum personarum consentire, tamen securum est, non totaliter credere in eis ratione sui, per rationem prædictam, sed quantum concors cum fide catholica & sacra Scriptura, & bonis moribus, & verbis sanctis, ac doctrina sanctorum. Secundum remedium est, quod si per revelationem vel sentimentum vel alium modum cor tuum moveatur ad faciendum aliquid opus, & maximè opus grave & notabile non tibi consuetum, de quo non habeas certitudinem, an Deo placeat; imò dubitas rationabiliter, contrahas motram ad faciendum dictum opus usquequo insperieris omnes circumstantias, & maximè finales, & cognoscas quod

Deo placet, non tamen quod tu judices per
 tuam opinionem, sed si potes per testimoniū
 sacrae scripturæ, vel exemplum imita-
 bile sanctorum Patrum. Et dico exemplum
 imitabile, secundum beatum Gregorium ali-
 qui sancti fecere aliqua opera quæ non debe-
 mus imitari, quamvis bona essent in eis, sed
 debemus ea habere in admiratione & revere-
 rentia. Et si per temetipsum non potes ve-
 nire in notitiam, an placeat Deo: petas
 consilium à personis approbatis in vita &
 doctrina, & consilium totius veritatis. Ter-
 tium remedium est, quod si tu es immunis
 à prædictis, sic quod nunquam habueris,
 vel quod quantumcunque habueris, fueris
 liberatus ab eis, dirige cor tuum & intelle-
 ctum ad D̄um; recognoscendo humiliter
 gratiam Dei tibi factam, & eidem in corde
 multoties, imò indesinenter regratieris su-
 per hoc, & caveas tibi ne hoc quod babes
 per puram gratiam & bonitatem Dei, velis
 attribuere virtuti vel sapientiæ tuae, vel me-
 rito tuo, sive tuis moribus; neque quod fuit
 factum à casu sive à fortuna, quia secundum,
 quod dicunt sancti, hoc est principalius per
 quod Deus beneficium suæ gratiæ auferet
 & subtrahit homini, & permittit eum
 subjici temptationibus & illusionibus diaboli.
 Quartum remedium est, quod te existente,
 seu cordē tuo in tentatione spirituali per
 quam es in dubio, non incipias ex tua pro-
 pria voluntate aliquid notabile tibi ante in-
 consuetum, sed cor tuum refrænando & vo-
 luntatem expectes humiliter, & cum tremore
 & reverentia Dei, usquequo Deus cor
 tuum clarificet? quia scias pro certo quod si

existendo in dicto dubio, ex tua propria voluntate inciperes aliquid notabile inconsuetum tibi, non posset exire ad bonum finem. Et intendo dicere de incipiendo opera notabilia & inconsueta super quæ est dubium ante dictum. Quintum remedium est, quod propter antedictas tentationes, si eas habeas, non dimittas aliquid bonum, quod incepisti, dum non eras in temptationibus antedictis. Et maxime non debes dimittere orare nec confiteri, nec communicare, nec jejunare, nec opera pietatis & humilitatis, licet consolationem non invenias in operibus antedictis. Sextum remedium est, quod si temptationes antedictas habeas: leva cor tuum & intellectum ad Deum, querendo humiliter hoc quod ei honorabilius & tuæ animæ salubrius erit super temptatione, subjiciendo tuam voluntatem voluntati divinæ: quod si sibi placet, quod perseveres in illis temptationibus: similiter tibi placeat, ut Deum non offendas.

*De rationibus excitatoriis ad
perfectionem.*

C A P V T X I V .

QVIA placet mihi multum de hoc quod capisti bonum ad honorem Dei, & desidero non solum, quod perseveres, quin imo ut ascendas ad majora opera virtutum vel saltē desideres: idcirco scribo tibi alias rationes, unde poteris cor tuum excitare & movere ad majores perfectiones omni-

modis virtutis, quam non incepisti, nec poteris servare per propriam virtutem. Prima ratio est, quia si inspicias quantum Deus est dignus amari & honorari secundum suam bonitatem & sapientiam, & alias suas perfections, quae sunt in eo sine numero & sine termino, videbis, quod hoc, quod credidisti multum & magnum ad honorem Dei & secundum bonitatem suam est minimum & quasi nihil in respectu ejus quod deberes esse, secundum quod Deus est dignus. Istam rationem ideo pono primam: quia principaliter debemus attendere in omnibus operibus nostris honorem & reverentiam & amorem Dei: quia scipso est dignus amari per omnem creaturam. Secunda ratio est, quod attendas si despectus & vituperia, egitates & dolores & passionem, quam tam amare sustinuit Filius Dei propter amorem tui, & ut in hoc ames & honores eum, cogores, quod parum est, quod fecisti ad Deum amandum & honorandum secundum quod facere deberes. Tertia ratio altior est & perfectior quam sequentes: & ideo pono eam secundam. Tertia ratio est, quod si cogires innocentiam & perfectionem, quam debes habere secundum mandatum Dei, per quod tegetis esse absque omni vizio, & sine omni culpa, & in plenitudine virtutis tuis, sic uestis quod debes amare Deum in toto corde tuo, & ex omni mente tua, & in totis viribus tuis, videbis manifeste infirmitatem tuam & distantiam, in qua es a praedicta innocentia & perfectione. Quarta ratio est: quia si cogitas multitudinem & largitatem beneficiorum Dei, gratiarum corporis

lium & spiritualium, quæ tibi & aliis, vel
quæ singulariter tibi sunt datae, senties quod
hoc, quod facis, vel potes facere propter
Deum, est nihil ad dicta beneficia recom-
pensanda & gratias Dei: & maxime si ejus
liberalitatem attendas & bonitatem. Quinta
ratio est, quia si cogitas altitudinem & no-
bilitatem remunerationis, & gloriae promis-
se & paratae illis, qui faciunt opera virtu-
tum ad honorem Dei. quoniam gloria tanto
major erit, quanto opera erunt virtuosiora,
& majora; cognosces pro certo tuum meri-
tum esse nihil comparatione tantæ gloriae:
& desiderabis facere opera virtuosa, plus-
quam ante feceras. Sexta ratio est: quia si
attendas pulchritudinem & generositatem,
quam habent virtutes in se, & nobilitatem
quam recipit anima per supradictas virtutes:
& si attendas ad visitatem & turpitudinem
quam habent vitia & peccata, conaberis, si
sapiens fueris ad amplius acquirendum vir-
tutes, & amplius fugiendum vitia & peccata.
Septima ratio est, si attendas altitudinem &
perfectionem vitæ sanctorum Patrum, &
eorum multas & perfectas virtutes, cog-
nosces imperfectionem & infirmitatem vi-
tae tuæ, & tuorum operum. Octava ratio
est, quia si cognosceres magnitudinem pec-
catorum, & multitudinem offendarum,
quæ fecisti contra Deum, cognosces quia
opera tua, quæ facis, quantumcunque
bona sint, nihil sint ad satisfactionem per-
viam justitiae de offendisis Dei. Nona ra-
tio est: quia si speculeris universitate em-
& pericula temptationum carnis & mundi
& diaboli, conaberis ad assumendum

maiores firmatatem & maiorem altitudinem in omni virtute quam feceris unquam: ut possis in maiori securitate persistere contra dictas tentationes. Decima ratio est: quia si cogites districtum iudicium Dei finale. & cum apparatu bonorum operum & cum satisfactione de offensis Dei , & quod debeas venire ad dicium iudicium : videbis quod parum est, quod fecisti per bona opera & pœnitentiam securum , quod facere debuisses. Undecima ratio est: quia si tu cognosceres brevitatem vitæ tuæ , & vanitatem tuę mortis ; postquam non habebis spaciū faciendi opera meritoria , neque pœnitentiam : cognosces quod cum maiori corde & studio deberes facere bona opera , & pœnitentiam , quam tu facis. Dubdecima ratio est: quia si animadvertas qualitercumque incipias bonam vitam , in quovis gradu sine conanime & desiderio ad maiorem perfectionem ascendendi , & ad altiorem vitam non posse esse sine fundamento presumptionis & superbiæ huius , quod incepisti : nec sine inclusione magnæ tepiditatis & negligentiae ex quo hæc duo mala includuntur , non potest esse sine magno periculo vivendi in multis viis spirituibus secundum quod monstra tibi possem: sed nimirū esset longum ad scribendum per litteras: non dubito quin si velis dictorum malorum esse liber , & immunis quod quantumcumque altam vitam incaperis , tu adhuc conaberis in altiori & perfectiori vita esse. Bernardus super Psalmum Qui habitat in adiutorio altissimi : loquens de illis , qui sunt fervidi in principio , & postea creden-

tes se aliquis esse te pescunt. O inquit si sci-
res quam paruum est, quod habes, & hoc
ipsum quam cito perdes, si non servaverit,
qui dedit. Décima tertia ratio est: quia si
cogitas abyssalia iudicia Dei facta super ali-
quos qui diu perseveraverunt in magna
sanctitate & in magna perfectione, quod
Deus deserterit eos propter aliqua oculta
vitia quæ non credebant habere: non dubi-
to quin quantumcunque altam vitam incæ-
peris omni die levabis tuas affectiones &
tentationes descendendo omne vitium plus-
quam feceras ante, appropinquando te ad
perfectam & integratam sanctitatem, timen-
do ne forte in te sit vitium aliquod occultum,
propter quod merearis à Deo deseriri. Deci-
ma quarta ratio est: quia si cogites pœnas
infernales damatorum, paratas cunctis
peccatoribus, credo quod levis erit tibi om-
nis pœnitentia, humilitas, paupertas, &
omnis labor, quem in ista vita possis sustine-
re propter Deum, ut evadas pœnas supradic-
tas: & conaberis continuò ad tenendum
altiorem & perfectiorem vitam: timendo
periculum veniendi ad supradictas pœnas.

*Supradictarum rationum declaratio,
& applicatio.*

C A P V T X V .

P Rædictas rationes plus in brevitate tes-
tigi quam explicaverim: ut tu addiscas
in paucis magna cogitare: sic quod qualibet
sit tibi materia altæ contemplationis & spa-

tiosæ. Attamen scias, quod si velis proficerre cum prædictis rationibus, debes formare non solum per intellectum, imò etiam est necessarium quod per certam affectionem moveas voluntatem tuam ad hoc, quod dictat dictæ rationes. Et ut melius intelligas replicabo tibi sub brevi memoria dictas rationes ostendendo tibi qualiter dictæ rationes non habent efficaciam in anima nisi formetur per affectionem & sentimentum spirituale.

I. enim ratio non habet vigorem nisi in anima, quæ habet magnum spiritum, & sentit & contemplatur nobilitatem & perfectionem & dignitatem Dei & conatur ad amandum Deum & honorandum in omnibus, secundum quod Deus est dignus. II. ratio non habet efficaciam nisi in anima, quæ cordialem devotionem sentit in spiritu & charitatem & bonitatem filii Dei, quam nobis monstrauit in sua propria passione propter nos accepia: sic quod anima desideret totis suis viribus facere recompensationem Deo, de bonitate & de charitate ostensa in passione. III. ratio non proficit nisi in anima, quæ sentit altitudinem perfectionis, quam requirit Dominus & præcipit esse in creatura. quæ profunda ratione mandatum Dei conatur adimplere, & cum magna voluntate venire in dictam perfectionem. IV. ratio solum locum habet in anima, quæ per intellectus affectionem recognoscit magnitudinem & nobilitatem beneficiorum Dei & gratiam ipsius: & quæ constat reponere Deo servitium debitum secundum beneficia recepta. V. ratio habet valorem tantum in anima, quæ habet in

& estimatione & ferventi amore gloriā promissam in Paradiso, & quæ habet firmam fidem & spem veniendi ad illam gloriā per bona opera virtutum: sic quod cum diuis operibus conetur venire ad illam gloriā supradictam. VI. ratio non habet efficaciam nisi in anima, quæ habet in horrore omnia vitia, & peccata in abominatione: & in magna complacentia & amore perfectionem virtutum & gratiæ Dei: & hoc cum magno excessu & altitudine. VII. ratio habet solum virtutē in anima quæ habet in magna & estimatione vitas sanctorum cum desiderio imitandi. Et maxime intendo dicere perfecte & perfectorum sicut est Virgo Maria principaliter, Joannes Baptista, Ioannes Evangelista & omnes Apostoli, & sic de alijs. VIII. ratio non proficit nisi in anima quæ aggravat offensas contra se, quas fecit contra Deum, & quæ habet voluntatem magnā faciendi Deo justitiam, & satisfactionem peccatorum suorum per bona opera & virtuosa. IX. ratio non habet locum nisi tantum in anima quæ sentit suam debilitatem & gravitatem: & periculum tentationum, propter quod conatur ad fugiendum occasionem cadendi in tentationem, & adveniendum in securitatem gratiæ Dei. X. ratio non habet locum nisi in anima, quæ cognoscit peccata sua: & habet timorem & tremorem cordiale sententię finalis judicij, quæ dabitur contra peccatores qui non egerunt pœnitentiam de peccatis suis. XI. ratio nō habet locū nisi in anima, quæ habet timorē mortis, & habet magnū præparamentū faciendi opera meritoria. XII. ratio tantum proficit animę, quæ sentit

vel intelligit quod inchoare bonam vitam sine conamine & desiderio altiore vitam assumendi non potest esse sine inclusione predicatorum vitiornm: & sine periculo gradium malorum eius, que non vult fugere dicta vitia & pericula. XIII. ratio non habet efficaciam, nisi in anima, quae summe curat de sua salute, & timet separationem a gratia. XIV. ratio non habet efficaciam nisi in anima, quae timet de poenitentia damnatorum: sentiendo quod digna est, venire in poenas supradictas propter offensas quas commisit contra Deum: & quae vult & conatur vitare poenas antedictas per satisfactionem poenitentiae. Et nota, quod conclusio & finis cuiuslibet rationis debet esse in duobus. Primo in sentimento propriæ imperfectionis & nihilitatis. Deinde in desiderio & conamine veniendi in altiore vitam, sic quod non sit sentimentum propriæ imperfectionis & annihilationis sine desiderio & conamine maioris perfectionis & vitae altioris nec est converso.

Remedia ad fugiendos laqueos, & tentationes diaboli.

CAP. XVI.

Qui vult fugere atque evadere laqueos arque tentationes Antichristi seu dia- boli finales, debet habere in proprio senti- mento sui duo. Primo quod sentiat de seipso sicut de uno corpore mortuo pleno ver- mibus, & male olenti: & sicut de cadavere quod dedignantur videre iniuentes; imo

superclauduntur nares propter eius pessimum odorem & fætorem, & avertuntur facies, ut non videant talem & tantam abominationem. Sic oportet carissime facere semper mihi & tibi: sed plus mihi quia tota vita mea fœtida est: totus fœtidus sum & corpus meum, & anima mea, & omnia quæ intra me sunt fæccæ & putredine peccatorum, & iniquitatum fœdissima & abominabilissima sunt: & quod deterius est quotidie hunc fætorem in me sentio recentius & copiosius renovari. Et debet talem fætorem de seipso sentire fidelis anima cum maxima verecundia coram Deo, sicut coram illo qui omnia videt: & sicut si esset coram districto iudicio, & dolere maxime de offensa Dei, & perditione gratiæ animæ, in qua erat, quando redempta fuit prætiosissimo Christi sanguine; & abluta per baptismum. Et sicut sibi & Deo fœtere se credit & sentit, sic etiam credat & sentiat, quod non solum coram Angelis & sanctis animabus, sed etiam coram omnibus hominibus viventibus sit abominabilis & fœtidus, & quod facta & dicta sua non solum homines videre & audire dedianter, sed quod nares suas claudant & avertant facies suas ne ipsum videant, & tanquam fœtidum cadaver de medio sui expellant & sit ab eis alienatus & separatus projectus sicut plusquam leprosus, usque quo veniat, & reveniat ad seipsum. Et si quis de eo iustitiam faceret, & de corpore suo sentiat quod iustum est, & ita credat etiam si sibi oculi eruerentur, truncarentur manus, abscinderentur aures & os, & sic de aliis sensibus corporalibus & membris,

quia cum his omnibus Deum offendit & creatorem. Item quod despici desideret & contemni & quod omnia vituperia: verecūdias , diffamationes , injicias , blasphemias & omnia adversa summo cum gudio & lætitia recipiat & patiens ferat. Et oportet , quod diffidas de te ipso totaliter : & de omnibus bonis tuis : & de tota vita tua, & convertas te totum & reclines super brachia Iesu Christi pauperrimi & vilissimi & improperati , despici & mortui propter te usque quo tu sis mortuus in omnibus sentimentis tuis humanis : & Iesus Christus crucifixus vivat in corde tuo , & in tua anima , & totus transformatus & transfiguratus cordialiter sentias in te , ut numquam videoas nec sentias , nec audias nisi ipsum solum stantem in cruce propter te mortuum & suspensum ad exenplum Virginis Mariæ . & mortuus in mundo & vivens in fide. Et quod in illa fide vivat tota anima tua : usque ad resurrectionem in qua Dominus immittet gaudium spirituale : & donum sancti spiritus in animam tuam : & in illis personis in quibus debet renovari status Apostolorum & Ecclesiae sanctæ Dei , exercens i.e sanctis orationibus sive sanctis meditationibus & affectibus ad obtinenda dona virtutum , & gratiam Dei. Sed debes præcipue septiformi affectu exerciti ad Dominum , scilicet amore ardentissimo , timore summo , honore debito , zelo constansissimo , & illis debet adjungi gratiarum actio & vox laudis , omni modæ obedientiæ promptitudo , & suavitatis divine pro posse degustatio , ut pote dicendo Bone Iesu , fac ut totis medullis &

mente te summe timeam, revercar & pro
omni honore tuo fortissime zeler, ita quo l
omne tuum opprobrium, tanquam tuæ glo-
riæ zelotypus vehementissime exhorrescam
& potissimum si in me, vel pro me facta tibi
sint opprobria illa, Deus meus. Da etiam ut
te Dominum tanquam tua creatura humili-
ter adorem & recognoscam & de omnibus
beneficijs à te mibi impensis gratias semper
agam: & hoc cum summa gratitudine cor-
dis. Da etiam ut in omnibus semper te be-
nedicam, laudem & magnificem: & hoc
cum summo jubilo & tripudio cordis & ti-
bi in omnibus obtemperans & obediens sem-
per reficiar dulcissima tua & ineffabili suau-
itate cum sanctis tuis Angelis & Apostolis
tuæ mensæ assistens, licet omnino indignus
& ingratus. Qui cum patre, &c. Debet e-
tiam circa se ipsum se exercere alio septi-
formi affectu. i. scilicet quod totus de suis
vitijs & defectibus confundatur. ii. ut pec-
cata sua tanquam offensiva Dei, & sui ip-
sius maculativa acutissimo & acerbissimo do-
lore plangat & deploret. iii. humiliatio sui
& conculatio cum contemptu: ut scilicet
totis viribus se sicut rem vilissimam & fœ-
tidissimam spernat & contemni appetat ut
dictum est. iv. rigore severissimo ut scilicet
corpus suum asperitatem maceret & macerari
appetat tanquam peccatum fœtidum, imo
tanquam latrinam & sentinam & tumulum
omniū fœditatū. v. ira implacabili cōtra om-
nia virtutia sua, & cōtra radices & inclinationes
vitiorū suorū. vi. vigore pervigili & stren-
uo, ut scilicet omnes sensus, actus, potentias
suis semper cum quadam virilissima strenui-

tate in omne bonum teneat pervigiles & attentos. VII. discretione perfectæ modestia seu moderantia, ut scilicet in omnibus districtissime servet mensuram & modum, inter videlicet nimium & non satis. ut nihil sit in eo superfluum, nil diminutum aut defectivum: nec plusquam debet, aut minus quam deceat.

De affectibus quibus nos exercere debemus circa proximum.

C A P V T X V I I .

Debet etiam circa proximum se exercere alio septiformi affectu. Primo scilicet per piam compassionem, ut scilicet ita sentiat aliorum mala & incommoda sicut sua. II. per dulcem congratulationem, ut scilicet de aliorum bonis lætitur sicut de suis. III. per tranquillam suppotationem & condonationem, ut scilicet molestias & injurias ab aliis illatas patienter toleret, & ex corde indulgeat & condonet. IV. per benignam affabilitatem, ut scilicet sit ad omnes benignus, & omnibus bonum affectet & optet, & talem se exhibeat in gestibus suis & verbis. V. per reverentiam humilem, scilicet ut omnes sibi præferat, & omnes reveratur, & omnibus ex corde se subdat tanquam Dominis suis. VI. per concordiam unanimem, ut scilicet, quantum in se est, & quantum secundum Deum potest esse, unum sentiat cum omnibus, & ita sentiat se esse omnes, & illos se, & omnium rectum velle pro suo reputet & econtra. VII. per Christi

formem sui pro omnibus oblationem, scilicet ut ad instar Christi pro omnium salute sit paratus & sollicitus ponere vitam suam, & die noctuque orare & laborare, ut omnes in Christo inviscerentur, & Christus in eis. Sed tamen ne ex hoc credatur quin vitia hominum sint pro toto posse cavenda & fugienda: Sciendum quod quandocunque ex scientia malorum hominum vel imperfectorum esset periculum vel occasio retrahens, vel impediens à perfectione vel fervore praedicatorum virtutem, debes à talibus sicut à serpentibus vel draconibus elongari. Non enim est carbo ita ignitus, quin in aqua frigescat, aut te pescat: sic econtra vix est carbo ita frigidus, qui non aceruo carbonum ardentium accendatur: alias ubi periculum hujusmodi non imminet, etiam mera simplicitate debes illorum non videre defectus, aut si videas, per compassionem supportare. Ut autem utiliter ad temporalia & æterna te habeas perfectè, scito quod temporalia debes aspicere sub quadruplici sensu. Primo scilicet ut tanquam peregrinus & advena sentias omnia ut extranea & aliena, in tantum, ut tua vestigia non sit sensui ita extranea ac si esset in Hispania vel in India. II. ut in tuo usu abundantiam timeas ut venenum, & ut mare submergens. III. ut in tuo usu omnem inopiam & egestatem sentias, quia ipsa est scala, per quam ascenditur ad cœlestes divitias & æternas. IV. ut societatem, contubernium, & apparatum divitium & magnatum fugias non contempta tamen: & de societate pauperum gloriaris: & in memoria & aspectu atque conversatione pauperum & defectuosorum

rum vel despectorum totus læteris : quasi expressa imagine Christi , & eis quasi regibus cum summa alacritate & jucunditate & reverentia associeris.

*De perfectionibus necessariis ser-
vienti Deo.*

C A P V T X V I I I .

QVINDECIM sunt perfectiones necessariae personæ quæ servit Deo in vita spirituall. Prima est clara & perfecta notitia suorum defectuum , & suarum infirmitatum. II. est magna , & fervens impugnatio , contra malas inclinationes & contra suas voluntates seu passiones rationi repugnantes. III. est timor magnus , quem habere debet quod de offensis hæcenus factis contra Deum non est certus , an bene satisfecerit , nec si cum Deo fecerit pacem. IV. est magnus timor & tremor , qui debet esse in ipsis , ne per suam fragilitatem iterū cadat in similia vel majora peccata. V. est fortis disciplina & aspera correctio ad regendum suos sensus corporales , & totum suum corpus spiritui subjungare in obsequium Iesu Christi. VI. est fortitudo & magna patientia in temptationibus , & adversitatibus. VII. est vitare viriliter omnem personam & omnem creaturam aliam , quæ impelleret eum aut esset sibi occasio non solum ad peccatum sed etiam ad aliquam imperfectionem vitæ spiritualis , sicut dæmonem infernalem. VIII. est quod porr̄et in se crucem Christi , quæ habet quatuor brachia. I. est mortificatio vitiorum : Secundum est derelictio om-

nium bonorum temporalium. Tertium detersio omnium affectionum carnalium parentum suorum. Quartum sui ipsius contemptus & abominatio & annihilatio. IX. est diutissima & continua recordatio beneficiorum Dei, quæ hactenus recepit à Domino Iesu Christo. X. die ac nocte stare in oratione. XI. est gustare & sentire de divino dulcore continuo. XII. est magnum & fervens desiderium exaltandi nostram fidem, scilicet quod Iesus Christus ab omnibus timeatur, ameritur, & cognoscatur. XIII. est habere misericordiam & pietatem in omnibus necessitatibus suo proximo? sicut sibi vellet haberi. XIV. est regratiari ex toto corde tuo in omnibus Deo, glorificare & laudare in omnibus Iesum Christum. XV. est, quod postquam hæc omnia secerit, sentiat & dicat, Domine Deus meus Iesu Christe. nihil sum: nihil possum, nihil valeo, & male tibi servio, & in omnibus servus sum inutilis.

*Quedam præcepta admodum utilia, &
de statu virorum Evangelicorum
quem futurum prædictit.*


C A P V T X I X .

Tres sunt radices Evangelicæ & Apostolicæ paupertatis seu principales partes: abdicatio omnis sui juris, rerum temporalium moderatio, paupertatis usus habitus ad utrumque affectus. Tres sunt partes abstinentie, scilicet enervatio carnalis amoris & sollicitudinis vitæ suæ sustentationis, non curare de abundantia vel sufficientia viualium & de-

liciarum, & uti parce oblatis. Tria sunt à nobis singulariter, fugienda & metuenda. Primum exterior distractio negotiorum. II. interior promotio & exaltatio. III. temporalium rerum & carnalium amicarum ad se vel suos amicos, vel suum ordinem immoderata vel inordinata affectio. Tria sunt à nobis singulariter exercenda & amplectenda. I. desiderium proprij contemptus, abjectionis & externæ vilificationis. II. viscerosa compassio ad Iesum Christum crucifixum. III. sufferentia persecutionum & martyriorum pro dilectione cultus nominis Christi & Evangelicæ viæ. Hæc tria sunt per quædam verba extensiva per horas diei gemitibus & ardentibus spirijs postulanda. Tria sunt à nobis singulariter & quasi assidue meditanda. I. Christus Crucifixus, incarnatus, &c. II. status Apostolorum & fratribus præteriorum nostri ordinis, & hoc cum desiderio ut illis conformemur. III. status vitiorum Evangelicorum futurus. Et hoc debes die noctuque meditari, scilicet statum pauperrimorum, simplicissimorum & mansuetorum humilium, abjectorum, charitate atdentissima sibi conjunctorum, nihil cogitantium aut loquentium nec saporantium nisi solum Iesum Christum & hunc Crucifixum; nec de hoc mundo curantium, siue oblitorum, supernam Dei & beatorum gloriam contemplantium & ad eam medullitus suspirantium, & ob ipsius amorem semper mortem sperantium, & ad instar Pauli dieentium. Cupio dissolui & esse cum Christo: & innumerabiles ac inæstimabiles thesauros divitiarum cœlestium: & super dulces &

mellifluos rivos divitiarum , suavitatum
ac jucunditatum , & super omnia mirabi-
liter expansos & superinfusos. Et per con-
versationes imaginari debes eos ipsos , ut
cantantes canticum Angelicum cum jubilo
citharizantium in citharis cordis sui. Hęc
imaginatio ducet te plusquam credi potest
in quoddam impatiens desiderium adven-
tus illorum temporum. Dicet te in quod-
dam admirabile lumen , amoto omnis du-
bietatis ac ignorantiae nubilo & limpidissi-
mē videbis , & dist nōcē discernes omnes
decedus istorum temporum & immixtum
vel mysticum ordinem Ecclesiasticorum
ordinem productorum & prodicendorum
ab initio Christi usque ad finem sęcu-
li , & usque ad gloriam summi Dei Iesu
Christi. Crucifixum semper portans cor-
de tuo , ut te ad suam æternam gloriam
perducat. Amen. -

F I N I S.



TRACTATVS
B. ALBERTI MAGNI

Ratisponensis Episcopi,
Ordinis Prædicatorum.

De ultima & summa perfectione hominis, quantum in hac vita possibile est.

CAPVT I.

COGITAVI mihi aliquid ultimâ (in quantum possibile est, in huius exiliij & peregrinationis immoratione) depingere scriptitando de & super ab omnibus plena & possibili abstractione, & cum solo Domino Deo expedita, secura, & nuda, firmaque adhæsione : præsertim cum ipsius Christianæ perfectionis finis sit charitas, qua Domino adhæretur. Ad quam quidem adhæsionem charitativam omnis homo de necessitate salutis tenetur, quod fit præceptorum observantia, & divinæ voluntatis conformitate : quorum observantia excludit omne, quod repugnat charitatis essentiæ & habitui, cuiusmodi sunt peccata mortalia. Religiosi vero, astrinxerunt se etiam ad Evangelicam perfectionem, atque ad ea quæ super

erogationis & consilij sunt, per quæ expeditius ad ultimum finem qui Deus est pervenit, per quorum observantiam excluduntur ea etiam quæ impediunt actum seu fervorem charitatis quo minus possit quis in Dominum Deum ferri, cujusmodi sunt abrenunciatio omnium rerum, corporis insuper & animæ. Quoniam quidem ut dicitur Ioannis quarto capite. Spiritus cum sit Dominus Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorate, id est, cognitione & amore: intellectu & affectu ab omnibus fantasmatibus nudis. Hinc est & illud Matt. 6. Cum adoraveris: intra incubulum tuum, id est, cordis tui intima, & clauso otio, scilicet sensuum tuorum, & inibi corde puro, & conscientia bona, & fide non facta ora patrem tuum in spiritu & veritate in absconde. Quod tunc congrue sit, cum homo ab omnibus aliis fuerit exoccupatus & exutus, & totus intra se receptus, ubi universis & singulis exclusis & oblitis, coram Iesu Christo tacito ore, sola mens de fiducia sua securè Domino Deo suo fiduci liter pandit, ac per hoc toto cordis & amoris affectu se in eum intimissimis medullis omnium virium suarum sincerissime ac plenissimè diffundit, immergit, dilatat, & inflamat ac resoluit,

*Qualiter quis omnibus aliis spretis
soli Christo inhæreat & intendat.*

CAPIT II.

Veruntamen quicunque talem statum aggredi & ingredi desiderat & satagit, opus omnino, ut velut clausis oculis & sensibus, de nullo se penitus implicet aut perturbet, sollicitus sit aut curet, sed cuncta tranquam impertinentia & noxia ac perniciosa funditus excutiat: deinde se totum intra se recipiat, nec aliud unquam objectum inibi mente attendat, quam solum Iesum Christum vulneratum, siccœ per eum in eum, id est, per hominem in Deum, per vulnera humanitatis ad intima divinitatis suæ, sedulò & obnoxè intendat, ibique se suaque singula ac cuncta indiscusile sue infatigabili providentiae committat expedite & securè, juxta illud Petri. Omnem sollicitudinem projicientes in eum qui potest omnia. Et iterum: Nihil solliciti sitis. Et rursum: Iacta cogitatum tuum in Dominum, & ipse te enutriet. Idem. Mihi adhærere Deo, bonum est. Et providebam Dominum in conspectu meo semper. Et sponsa in Canticis: Inveni quem diligit anima mea. Quippe venerunt mihi emnia bona pariter cum illa. Nempe hic est thesaurus ille cœlestis absconditus, nec non margarita pretiosa, quæ præ omnibus comparata fiducia humili, conatu instantissimo, taciturnitate tranquilla, etiam usque ad corporalis commodi, laudis, vel

honoris jacturam , in fortitudine spiritus queritur. Alioquin quid proficit religiosus , si totum mundum lucretur , & animæ suæ detrimentum patiatur ? Aut quid relevat status , professionis sanctitas , & perfectionis habitus , tonsura ; & exterioris dispositio conversationis , sine vita in spiritu humiliatis & veritatis , ubi Christus habitat per fidem charitate formatam ? Hinc est illud Luce xvij Regnum Dei intra vos est , quod est Christus Iesus.

Quæ sit conformitas perfectionis hominis in hac vita.

CAPVT III.

Porro quanto plus mens sollicita est ad ista inferiora & humana cogitanda & tractanda , tanto plus à superioribus & cœlestibus per devotionis intima elongatur : & quanto ferventius ab inferiorum memoria , affectu & intelle&tu ad superiora sensus colligitur , tanto perfectior erit oratio , & purior contemplatio : quia simul perfecte non potest esse utrisque intenta , quæ sicut lux & tenebre sunt divisa. Quippe qui Deo adhæret , versatur in lumine , qui vero mundo adhæret in tenebris est. Quia ex re , est hominis in hac vita sublimior perfectio , ita Deo uniri ut tota anima cum omnibus potentissimis & viribus in Dominum Deum summis collecta , ut unus fiat spiritus cum eo , & nihil meminerit nisi Deum , nihil sentiat vel intelligat nisi Deum , & omnes affectiones in amoris gaudio

unitæ , in sola conditoris fruitione suæ viter requiescant. *Imago enim Dei in his tribus potentissimis in anima expressa consistit, videlicet, ratione, memoria, & voluntate.* Et quamdiu illæ ex toto , Deo impressæ non sunt , non est anima deiformis iuxta primariam animæ creationem. *Forma nempe animæ Deus est, cui debet imprimi, sicut cera sigillo, & signatum signo signatur.* Hoc autem nunquam plenè fit , nisi cum ratio perfectè juxta capacitatem suam illuminatur ad cognitionem Dei , qui est summa veritas, & voluntas perfectè afficitur ad amandam summam bonitatem , & memoria plenè absorbetur ad intuendum & fruendum æterna felicitate , & ad suaviter & delectabiliter in ea quiescendum. Et quia in horum consummata adepitione consistit gloria beatitudinis , quæ perficietur in patria , liquet quod istorum perfecta inchoatio est perfeccio in hac vita.

Qualiter operatio humana debeat esse in solo intellectu, & non in sensibus.

CAPUT IV.

Fœlix ergo , qui per abstersionem continuam fantasmatum & imaginum, ac per introversionem & inibi per sursum ductionem mentis in Deum tandem alicuiusmodo obliviscitur phantasmatum quodammodo , ac per hoc consequenter operatur interius nudo ac simplici , ac pure intellectu & affectu , circa objectum simplicissimum Deum.

Omnia igitur phantasmata , species , imagines , & formas rerum omnium citra Deum à mente rejicias , ut in solo nudo intellectu & affectu ac voluntate tuum pendeat exercitium circa Deum intra te . Nempe finis omnium exercitiorum hic est , scilicet intendere & quiescere in Domino Deo intra te per purissimum intellectum , & devotissimum affectum sine phantasmatibus & implicationibus . Hoc autem exercitium , non sit in organis carneis , & sensibus exterioribus , sed per quod animis homo est : homo vero quis est intellectu & affectu . Et idcirco quamdiu homo cum phantasmatibus & sensibus ludit , & eis infisit , videtur nondum exisse motus & limites bestialitatis suæ , hoc est , illius quod cum bestiis habet commune . Quia illæ per phantasmata , & per tales sensitivas seu sensibiles species cognoscunt , & afficiuntur , & non aliter , eò quod altioram vim animæ non habeant . Secus est de hominè secundum intellectum & affectum & liberum arbitrium , ad Dei imaginem & similitudinem creato , quibus debet Deo immediate , pure & nude imprimi , & unius firmiterque , inhætere : quamobrem diabolus diligentissimè & maximè conatur impedire illud exercitium , quantum potest , ex quo est quodammodo præambulum & initium vitæ æternæ . invidens super hoc homini , idcirco nititur semper mentem hominis alienare à Domino Deo , nunc per istas , nunc per illas tentationes seu passiones , nunc sollicitudine superflua & cura indiscreta , nunc turbatione , & conversatione dissoluta , curiositateque irritationabili : nunc per studia

librorum subtilium, colloquia aliena, rumores & novitatem: nunc per aspera, nunc per contraria &c. que tamen et si nonnumquam levia & tanquam nulla vidantur peccata, tamen magna sunt impedimenta huius sancti exercitii & operis. Et ideo etiam utilia & necessaria visa fuerint, sive magna, sive parva, ut noxia & perniciosa illico sunt rejicienda penitus, & a sensibus propellenda. Summopere igitur necessarium est, ut audita, visa, facta, & dicta &c. similia sine fantasmibus, imaginibus & occupationibus recipiantur, nec etiam ex consequenti vel antea, vel tunc super hos, fantasmatata & implicationes fermentur & nutriantur. Et ita quando fantasma non venit ad memoriam & mentem, tunc non impedit hominem sive in oratione, meditatione, & psalmodia sive in alia quacomque operatione & exercitatione spirituali, nec rursus iterato occurret ei. Et sic expeditè secureque te totum etiam plene omnia & singula committe infallibili & certissimæ divine providentiae cum silentio & quiete: & ipse pugnavit pro te: & melius, honestius, ac dulcius liberabit te & consolabitur, quam si tu semper die noctuque de hoc continuo fantasiaseris, & vana vagaque ac captiva mente fatuè sic & sic hinc & inde discurreres errabundus, nec non mente & corpore deficiens tempus perderes & vires stultè ac irrationaliter consumeres. Cuncta ergo & singula, undecunque & qualitercumque occurrentia ortum habeant, sic accipe cum taciturnitate & tranquillitate & quanimitate quemadmodum de manu paternæ divineque providen-

tix tibi venirent. Nuda igitur te à phantasmibus omnibus rerum corporearum, juxta tui status & professionis exigentiam, & nuda mente & sincerè inhæreas ei cui te multipliciter & totaliter devovisti, ut nihil quodammodo possibile sit mediæ inter animam tuam & ipsum, ut pure fixeque fluere possis à vulneribus humanitatis in lumen suæ divinitatis.

De cordis puritate, qua est præ omnibus sectanda.

C A P V T V.

Si igitur recto & seculo trâmite ac breviter ad finem beatitudinis viæ & patriæ, gratiæ & gloriæ pervenire desideras & sagas, tunc intenta mente sedulo aspira ad perpetuam cordis munditionem & puritatem mentis, ac sensuum tranquillitatem. Aique cordis affectum recollige & jugiter defige sursum in Dominum Deum, & inter hec abstrahere te à familiaribus tuis, & ab omnibus omnibus, ignoratum in te est, & negotiis hujusmodi propositum tuum impeditientibus semper et captans opportunitatem ubi & quando possis locum tempus & modum reperiere qui eris at contemplationis carpons silentii sereta: praesentisque facultate vita e naufragia, ne non persistenter mundi fugere perturbationes. Quia de re omnium tempore pulitati, mundiciae, ac quieti cot-

dis principaliter stude, ut videlicet conti-
nuè velut clausis carnalibus sensibus in te-
met ipsum convertaris, & cordis ostia à for-
mis & fantasmatibus sensibilium & imagi-
nationibus terrenorum, quantum possibile
est, habeas diligenter serata. Nempe cor-
dis puritas inter omnia exercitia spiritualia
quodammodo (tanquam finalis intentio ac
laborum omnium retributio, quam in hac
vita spiritualis quisque & verè religiosus
recipere consuevit) sibi vendicat principa-
tum. Idecirco cor tuum, sensus & affectum,
eum omni diligentia solertia, & conatu ab-
soluas ab his omnibus, quæ libertatem ipsius
possent impedire: insuper ab omni re-
mundi possibilitatem habente alligandi &
vinciendi te. Sicque cunctas dispersiones
cordis, & affectiones mentis in unum ve-
rum simplex & principalissimum bonum re-
colligere, & intra te tanquam in uno loco
recollectas habere agoniza, ac per hoc re-
bus divinis Deoque mente semper inhæte-
re, atque derelicta fragilitate terrena cor ad
superna in intimis tuis in Iesu Christo iugis-
ter transformatum conare. Quapropter si in-
cipi te nudare & purificare a fantasmatibus
& imaginibus, & simplificare & tranquil-
lare fiducialiter in Domino Deo cor tuum
& mentem tuam, ut haurias & sentias fon-
tem divini beneplaciti in omnibus interio-
ribus tuis: & per bonam voluntatem sis
Deo unitus in intellectu, sufficit tibi hoc
pro omni studio & lecti ne sacræ scripturæ
& ad dilectionem Dei & proximi, ut unatio
docet. Omni igitur studio conatu, labo-
re si amplifica cor tuum, ut à fantasmatibus im-

mobilis & tranquillus convertatis , & stes
in Domino semper intra te , tanquam si ani-
ma tua sit in illo nunc æternitatis , id est ,
divinitatis , taliter scilicet , ut amore Iesu
Christi , de corde puro , conscientia bona , &
fide non facta te ipsum deseras , & totum de
Deo in omni tribulatione , & eventu totali-
ter plenè committas , ejusque voluntati &
benepacito parere semper & patienter affe-
ctes . Quod ut fiat , necesse est , ut frequen-
ter ad cor redeas , & in eo persistas , & ab
omnibus quantum possibile est , te ipsum ab-
solvas , mentis oculum semper in puritate &
tranquillitate custodias : intellectum à fan-
tasmatibus & formis rerum insimarum præ-
serves : voluntatis affectum à curis terreno-
rum penitus absolvias , & summo vero
bono , amore fervido radicitus inhæreas :
memoriam quoque iugiter habeas sursum
elevatam , & in ipso eodem vero summo bo-
no ac solo essentiiali & increato firmiter sta-
bilitam , ita duntaxat ut tota anima cum
omnibus potentiis & viribus suis in Deum
recollecta , unus fiat spiritus cum ea , in quo
summa perfectio viæ consistere cognoscitur .
Hæc vero unitas spiritus & amoris est , quo
homo omnibus votis superne & æternæ vo-
luntati conformis efficietur , ut sit per gra-
tiam , quod Deus est per naturam Interea
advertisendum , quod in eo ipso momento ,
quo quis suam Deum auxilio potest vincere
voluntatem id est , inordinatum amorem aut
zelum à seipso abjecere , sic scilicet ut Domi-
no Deo de omni sua necessitate audeat ple-
ne totaliter confidere , hoc i. lo. f. Et in tan-
cum Deo complacet , ut suam ei gratiam

languatur & per ipsam gratiam veram sentiat
charitatem & dilectionem, omnem ambi-
guitatem & timorem expellentem, in Deo
que confidenter sperantem. Itaque nihil bea-
tius esse potest, quam omnia in illo ponere,
in quo nullus est defectus. Proinde quan-
diu stas in te & non stas, projice te totum
in Deum secure & suscipiet te, sanabit &
salvabit te. Hæc si continuo intra te veraci-
ter revolueris, plus tibi ad beatam vitam
conferent, quam omnes divitiae, delitiae,
honores insuper & omnis sapientia & scien-
tia hujus saeculi fallacis, & corruptibilis
mundi & vitæ, etiam si in his excelleres
omnes, qui unquam fuerunt.

*Quod adhærere debet homo devotus
Deo, nudato intellectu.*

CAPUT VI.

ET quia quanto magis te nudaveris à phantasmatibus & implicationibus ex-
terioribus mundanis & sensibilibus, tanto
magis anima tua recuperavit vires & inte-
riores sensus suos, ut sapiant ea quæ sunt
sunt: disce ergo abstinere à phantasmati-
bus & imaginibus rerum corporalium:
quia super omnia placet Deo mens nuda,
ab huiusmodi formis & speciebus, cuius
etiam delitescunt cum filiis hominum,
vi elicit qui à talibus occupationibus &
distractionibus & passionibus tranquilla,
pura: & simplici mente siti interdant, ya-
sant & adhærent. Alioquin si in talibus me-

moria , imaginatio & cogitatio tua s̄epe va-
cat , necesse est , vel rebus novis , vel reli-
quis antiquorum deliniri , vel secundum
alia obiecta alia varie qualificari . Vnde spi-
ritus sanctus auferit se à cogitationibus , que
sunt sine intellectu . Verus itaque Iesu
Christi amator sic debet esse unitus intel-
lectu per bonam voluntatem , divinæ vo-
luntati & bonitati , & nudus ab omnibus fan-
tasmatibus & passionibus , ut non advertat
si derideatur , diligatur , vel quidquid sibi
inferatur . Voluntas namque bona omnia
complet , super omnia est . Vnde si volun-
tas adsit bona , & Deo in intellectu pure con-
formis & unita fuerit , non nocet si caro &
sensualitas & exterior homo moveatur ad
malum & torpeat ad bonum : aut etiam si
interior homo torpet devotionem affectare ,
sed tantum fide , & bona voluntate adhære-
re debet Deo in intellectu nudè . Et hoc fa-
tit , si omnem imperfectionem & nihilcita-
tem suam animadvertisat , & cognoscat bo-
num suum in solo creatore consistere , &
cum suis potentiis & virtibus se , ac cunctas
creaturas relinquat , atque ex toto , & to-
tum se in creatorem suum immergit , ita
quod omnes operationes suas dirigat pure ex
toto in Dominum Deum suum , nec extra
cum quidquam querit , in quo percipit in-
venisse omne bonum , & omnem felici-
tatem perfectionis . Et sic transforma-
tur quodammodo in Deum , quod nec co-
gitare , nec intelligere , nec amare , nec
memorari potest nisi Deum pariter & de
Deo : creaturas autem alias & scipsum
bonum videt nisi tantum in Deo , sed

diligit nisi solum Deum , nec memoratur de eis vel de se , nisi in Deo . Hæc vero cognitio veritatis semper facit animam humilem , seipsum , non alium iudicantem : sed è contra mundana sapientia facit animam superbam , vanam , turgidam & vento inflatam . Sit ita que hæc spiritualis & fundamentalis doctrina , quod accedens ad Dèi notitiam , servitum & familiaritatem , & si vis Deum veraciter possidere , neceſſe est quod cor tuum denudes omni amore sensibili , non tantum cujuscunque personæ , sed etiam cujuscunque creaturæ ut simplici ac toto corde secundum omnem tuum posse , tendas in Dominum Deum tuum , cretorem , liberè , absque omni duplicitate , cura & sollicitudine , plena fiducia in sola eius p[ro]videntia de omnibus .

Qualiter cor sit recolligendum intra se.

C A P V T VII.

P Ræterea sicut dicitur in libro de spiritu & anima capitulo xxij. ascenderé ad Deum , hoc est , intrare in seipsum . Qui enim interius , intrans , & intrinsecus penetrans seipsum transcendir , ille veraciter ad Deum ascendit . Ab his ergo mundi distractionibus cor nostrum colligamus & ad interiora gaudia revocemus , ut aliquando in divinæ contemplationis lumine hoc figurae valcamus . Nam hæc est vita & requies cordis nostri , cum in D[omi]ni amore percederet

rium figitur, & ejus consolatione suaviter reficitur. Sed quod in hujus rei experimentali degustatione multipliciter impedimur, & nequaquam ad ipsum pertingere sufficiamus: ratio in promptu est, quia mens humana sollicitudinibus distracta, non intrat se per memoriam fantasmatis obumbrata: non redit ad se per intellectum, concupiscentiis illecta: ad seipsum nequaquam revertitur per desiderium suavitatis internæ & lœtitiae spiritualis: ita totaliter in his sensibilibus & presentibus jacens non potest ad se, tanquam ad imaginem Dei intrare. Opportet ergo & necesse est, ut cum humilitatis reverentia ac fiducia nimia mens eleverit se supra se, & omne creatum per abnegationem omnium, & ut dicat intra se: Quem ex omnibus, & præ omnibus, & super omnia quaro, diligo, appeto, & desidero: non est sensibilis, neque imaginabilis, sed super omne sensibile & intelligibile; nullo unquam sensu est perceptibilis, sed pleno desiderio totus desiderabilis. Non insuper est figurabilis, sed intimo affectu perfectissime appetibilis, non est æstimabilis, sed mundo corde totus affectibilis: quia super omnia amabilis & delectabilis, infinitæque bonitatis & perfectionis. Et tunc fertur in mentis caliginem, & altius intra se elevatur, & profundius ingreditur. Et hic modus ascendendi usque ad enigmaticum contuum sanctissimæ trinitatis in unitate unitatis in Trinitate, in Iesu Christo, tanto est ardentior, quanto vis ascendens illi est intimior: & tanto fructuosior, quanto affectu proximior. Quippe in spiritualibus illa sunt sa-

periore quæ intimiora quo ad experientias spirituales. Quapropter nunquam desistas, numquam quiescas, donec futuræ illius plenitudinis aliquas (ut ita dicam) arras seu experientias degustes & donec divinæ suscitatis dulcedinem per quantulas cumque primitias obtineas, & in odore ipsius post eam currere non desinas, donec videas Deum deorum in Sion. In spirituali enim profectu & cum Dei intra te unione & adhæsione non quiescas nec retrocedas, donec assecutus fueris quod intendis. Exemplum hujus accipe in simili ab ascendentibus montem naturalis. Si enim spiritus noster in his quæ deorsum transeunt se per cupidinem immerserit, statim per infinitas distractiores & itinera obliqua rapitur & à se quodammodo divisus dissipatur & quasi in tot spargitur, quot ea sunt quæ per desideria concupiscit. Hic motus sine stabilitate, cursus sine perventione, labor sine requie. Si vero cor & spiritus noster ab hac infimorum infinita distractione, quæ deorsum est per desiderium & amorem se traxerit, & hec infima deserens paulatim se intra se in unum immutabilem sufficiens bonum colligens, secum esse didiscerit & ei inseparabiliter quodam affetu inhæserit; tanto amplius in unum colligitur & fortificatur, quanto magis cognitione & desiderio suum elevatur, & in ipso vero summo bono intra se habitatur, donec tandem omnino immutabilis fiat & ad illam veram vitam, quæ ipse Dominus Deus est, immutabiliter perveniat, ut perpetuè sine omni mutabilitatis & temporis vicissitudine, requiescat jam in illa intui-

seca, & quieta ac secreta divinitatis mansio-
ne, perfecte collocatus intra se in Christo
Iesu, qui est via ad se venientibus, veri-
tas, & vita.

*Quomodo in quolibet eventu homo de-
votus se debeat Deo committere.*

C A P V T VII I.

Credo jam & arbitror, quod ex hoc us-
que deductis cognoscas, quod quanto
magis magisque te nudaveris à phantas-
matibus & omnibus rebus mundialibus, &
cretis, ac per bonam voluntatem intelle-
cta Deo unitus fueris, tanto magis ad sta-
tum innocentiae & perfectionis appropin-
quas. Quo quid melius? quidve fælicius,
ac jucundius? Super omnia ergo valet, ut
teneas mentem nudam sine phantasmatibus
& imaginibus & à quibuscumque implica-
tionibus, ut nec de mundo, nec de amicis,
nec de prosperis, nec de adversis, præsen-
tibus præteritis vel futuris, in te nec in
aliis, nec etiam nimis de proprijs peccatis
solliciteris, sed cum quadam puritatis sim-
plicitate te esse cum Deo extra mundum nu-
de cogita, ac si anima tua jam esset in æter-
nitate extra corpus separata, utique non
tractaret secularia, nec curaret de statu
mundi, nec de pace, nec de guerra, nec de
sereno, nec de pluvia, & plane nec de aliquo-
hujus saeculi sed soli Deo conformiter totali-
ter int̄cederet, vacaret, & inhæreret. Sic sic
suo modo vek nūc relinq; corpus tuū, & omnia

præsentia , & futura creata , & defige aciem
mentis ac spiritus tui fixè secundum omne
tuum posse , nudè & expeditè in illud in-
creatum lumen. Et sic ab omnibus fantesma-
tibus , & involutionibus ac obnubilationi-
bus depuratus sit spiritus tuus , tanquam An-
gelus corpori alligatus , qui per operatio-
nem carnis non impeditur , nec cogitationi-
hus vanis , ac vagis implicatur. Fortificet
ergo se spiritus contra quæcumque tentacio-
nes , vexationes , injurias , ut æquanimiter
inconcussè in utraque fortuna perseveret in
Deo. Et cùm adest turbatio , aut accidias ,
vel mentis confusio , non propterea intoles-
tas ; aut pusillanimis sis , nec propter hoc
curras ad orationes vocales , aut alias con-
solationes , sed hoc solum ut resuscites te per
voluntatem bonam in intellectu , ut adhæ-
reas Deo mente , velit nolit sensualitas cor-
poris. Devota namque anima sic debet esse
cum Deo unita , & suam voluntatem divinæ
voluntati tam conformem habere , & facere
quod secum nulla creatura occupet , seu
adhæreat : sicut dum non erat creata , ac si
nihil sit præter solum Deum , & ipsam ani-
mam. Et sic universa & singula æquanimi-
ter de manu divinæ providentiae securè in-
fallibiliter accipiat , susinens uniformiter in
omnibus Dominum in patientia , tranquil-
litate & silentio. Qua de re nudare mentem
ab omnibus fantasmatibus super omnia valet
ad vitam spiritualem , ut sis per bonam vo-
luntatem unitus Deo in intellectu & con-
formis. Præterea nihil erit medium inter te
& Deum : Quod sic patet , quia nec res ali-
qua ab extra , cum per votum voluntarie

paupertatis ablata sit omnis rei possessio usque ad ultimum, & per castitatis votum corpus, & per obedientiam voluntas & ipsa anima, & sic quodammodo nihil relinquitur, quod mediet inter te & Deum. Quod autem religiosus sis, probat professio ipsa, status tuus, & nunc habitus tuus, & tonsura, & similia hujusmodi: sed an factus, an verus religiosus sis, tu videris. Animadverte ergo, quam graviter degeneres & pecces in Dominum Deum tuum, & in omnem suam justitiam, si secus egeris & creature potius quam creatori ipsi voluntate & amore inheseris, creaturam preponens creatori.

Contemplatio in Deo, quatenus omnibus aliis exercitiis est præponenda.

C A P V T I X.

ET quia omnia citro Deum sunt effectus & opus ipsius creatoris, habentia posse & esse, & quidquid sunt & possunt, limitatum, & ut ex nihilo producta nihileitatibus circundata, & ex se ad nihilum tendentia, & necessario momentis singulis suum existere conservari, operari, & si quid in eis est, & sic per omnia ab ipso summo opifice Deo recipientia, tanquam vere ex seipsis sibi & aliis insufficientia, ad cuius operationem sunt sicut nihil ad aliquid, finitum ad infinitum. Quapropter in solo eo, & circa eum & propter eum, & in eum sit omnis recta nostra contemplatio, vita, & operatio:

qui etiam uno voluntatis nutu posset, & sciret in infinitum omnibus modo creatis perfectiora producere. Nulla ergo sive secundum intellectum, sive secundum affectum contemplatio, & amoris fructus, utilior, perfectior, & felicior, quam in ipso Deo creatore summo; & vero bono. à quo, in quo, per quem, & ad quem omnia, sibi & omnibus sufficiens est in infinitum, qui omnium in se continet perfectiones simplicissime ab aeterno, in quo nihil quod non sit ipse, a jad quem, & per quem, omnium instantium causæ, in quo omnium mutabilium immutabiles manent origines, nec non omnium rationabilium, irrationaliumque, atque temporalium in eo sempiternæ vivunt rationes, qui omnia complet, universa singula que se toto essentialiter implet, cuique rei int̄imior est, & præsentialior per essentiam, quam res sibi ipsi, in quo omnia simul sunt unita, & in eo sempiternè vivunt. Præterea si ex infirmitate, aut insufflatione intellectus, quis magis tenetur in creaturis contemplari, tunc haec optima vera & fructuosa contemplatio videtur homini mortali possibilis, ut saltem in cunctis suis contemplationibus, & meditationibus, sive circa creaturem, sive circa creatorem fuerit, consurgat delectatio in ipso creatore Deo uno & trino infra se, ut in ardescat ignis divini amoris, & veræ vitae in se, & in aliis, ad meritum felicitatis æternæ vitae. Animadvertenda est etiam in hoc differentia inter contemplationem catholicorum fidelium, & Philosophorum gentilium, quia contemplatio Philosophorum est propter perfectionem contemplan-

tis, & ideo si sit in intellectu : & ita finis eorum in hoc est cognitio intellectus. Sed contemplatio sanctorum , quæ est catholicorum, est propter amorem ipsius , scilicet contemplati Dei. Idcirco non sicut in fine ultimo in intellectu per cognitionem , sed transit ad affectum per amorem. Vnde sancti in contemplatione sua habent amorem Dei tanquam principaliter intentum , quia fœlicius est etiam Dominum Iesum Christum cognoscere , & habere spiritualiter per gratiam , quam sine gratia corporaliter , vel etiam essentialiter. Porro dum anima ab omnibus abstrahitur , & in seipsum reflectitur , contemplationis oculus dilatatur ; & se scalam erigit , per quam transeat ad contemplandum Deum. Ex qua contemplatione anima inardescit ad bona celestia & divina , & ad æternam : & omnia temporalia à longè prospicit tanquam nihil sint. Vnde quando in Deum procedimus per viam remotionis : primo negamus ab eo omnia corporalia & sensibilia & imaginabilia : secundo eriam intelligibilia , ad ultimum hoc ipsum esse secundum quod in creaturis resonet. Sic quantum ad statum viæ pertinet , optime Deo conjungimur secundum Dionysium. Et hæc est caligo , quam Deus inhabitare dicitur , quam Moyses intravit , ac per hanc ad lucem inaccessibilem. Verum non prius quod spirituale , sed quod animale : ideo consueto ordine procedendum est à labore actionis ad quietem contemplationis , à virtutibus moralibus ad theologicas & speculativas. Denique ô anima mea , quid occupatis circa plurima supervacue , & semper

in his eges? Intende & ama hoc unum optimum bonum, in quo omne bonum, & sufficit. Infoelix ergo qui omnia scit praeter ipsum & habet, ipsum autem nescit. Et si haec omnia & ipsum scias, non propter haec, sed propter ipsum beatior. Vnde Ioannis xvij. Haec est vita æterna, ut cognoscant te, &c. Et Propheta, Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Actualis devotio & sensibilis, non tantum curanda est, sicut voluntate Deo adhærere.

CAPVT X.

PRÆTEREA non multum cures actualē devotionem, aut sensibilem dulcedinem, vel lachrymas; sed tantum per bonam voluntatem in intellectu sis mente cum Deo intra te unitus. Quippe super omnia placet Deo mens nuda à fantasmatibus id est, imaginibus speciebus, ac similitudinibus rerum creatarum. Decet namque monachum esse alienum ab omni creatura, ut soli Deo intra se nude & expeditè intendat, vacet & adhæret. Quam obrem abnege temetipsum, ut nudè sequaris Christum Dominum Deum tuum, qui verè pauper, obediens, castus, humiliatus est, & passus in cuius etiam vita & morte multi scandalizati fuerunt, ut liquet ex decursu Evangelij. Præterea anima separata à corpore non adverbit, quomodo aut quid agatur de suo corpo-

te derelicto, sive comburatur, sive suspendatur, sive maledicatur: & nihil propter has iniurias corpori illatas contristatur: sed solum cogitat illud nunc æternitatis, & illud unum quod dixit Dominus in Evangelio necessarium. Sic & tu te habeas ad corpus tuum, quasi jam non sis in corpore, & cogita semper de æternitate animæ tue in Deo, & dirige sedulò cogitatum tuum in illud unum de quo Christus dixit: Porro unum est necessarium: & senties ex hoc magnam gratiam, ad mentis nuditatem & cordis simplificationem acquirendam. Veruntamen istud unum est tibi præsentissimum, si te nudaveris à fantasmatibus, & quibuscunque aliis implicationibus, moxque senties sic esse, vide-licet te nuda & expedita mente vacare & adhædere Deo, & sic eris invictus etiam in omnibus qualitercumque inferri possunt, sicut & sancti martyres, patres, & electi, beatique omnes: qui despectis omnibus solum cogitabant animæ securitatem & æternitatem in Deo: & ita armati intus, & per bonam voluntatem Deo uniti, omnia mundi spreverunt, ac si omnino anima jam divisa esset à corpore. Ex his ergo perpende, quantum potest bona voluntas cum Deo unita, imo per illam animæ impressionem in Deo, ut per eius à carne virtuale & spirituale divisionem, anima quodammodo respiciat à longe hominem exteriorem suum tanquam non suum, & sic vilipendit omnia quæ inferuntur sibi, vel carni sue, ac si fierent alteri, vel non homini. Qui enim adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. Nunquam ergo audias omnino coram Domino Deo tuo intra-

te aliquid cogitare , vel imaginari . quod coram hominibus erubesceres , vel audiri , vel videri , propter Dei reverentiam principalem . Est etiam hoc justum , omnem tuum cogitatum & cogitationem , ad solum Deum erigere : cumque , tanquam nihil aliud præter ipsum sit , sola mentis acie intueri , siveque inhærendo frui , quod est perfecta inchoatio vitæ futuræ ,

*Qualiter temptationibus sit resistendum,
& tribulationes qualiter sustinenda.*

CAPUT XI.

P Roinde nemo accedens ad Deum vero & integro corde est , quin vexationibus & temptationibus probetur . Idcirco in omnibus temptationibus vel hoc observetur , ut si sentiatut , non consentiatur , & patienter , & æquanimiter cum humilitate , & longanimitate porretur . Si vero blasphemiae sint & turpissimæ , hoc omnino sumiter teneas , quod nihil melius , aut verius contra easdem facere potes , quam omnino hujusmodi fantasias pro nihilo reputare : quamquam blasphemiae nequissimæ & fædisimæ & horribiles sint , solum non cura eas , sed pro nihilo reputa & contemne , & tibi non imputa , nec velis tibi super hujusmodi conscientiam formare . Fugiet proculdubio inimicus , si cum sic & suas factiones contempseris . Superbus enim est valde , non patitur se contemni & sperni . Omnino ergo talia penitus non cu-

DE ADHÆR. DEO. 439

rare, summum est remedium, sicut de mus-
eis volantibus contra voluntatem coram o-
culis. Provideat ergo servus Iesu Christi,
tam facile, non importune fugere à facie
Domini, & hinc inde indignari, murmurare,
& querulari super unusmusca vexa-
tione, videlicet levis temptationis, suspicio-
nis, tristitiae, & detractionis, insufficientiae
& cuiuscunque adversitatis, cum sola manu
bonæ voluntatis ia Deum erectæ possunt
omnia hæc fugari. Nempe per bonam vo-
luntatem habet homo Deum in possessorem
sanctos Angelos custodes & protectores. In-
super & per bonam voluntatem, omnis tem-
tatio superatur, sicut musca manu de calvi-
vitie capitis fugatur. Pax ergo hominibus
bonæ voluntatis. Proinde ergo nec aliquid
diutius offertur Deo bona voluntate. Quip-
pe bona voluntas in anima, est origo om-
nium bonorum, & omniū mater virtutum,
quam qui habere incipit, secure habet
quidquid ei ad bene vivendum opus est. Si
ergo volueris bonum & non potes, factum
Deus compensat. Igitur secundum hoc æ-
terna lex incommutabili stabilitate firmav^t,
ut in voluntate meritum sit; in beatitudine
aut in miseria præmium atque supplicium.
Dilectio enim est magna voluntas Deo ser-
viendi, dulcis affectus Deo placandi, fer-
ventissimum desiderium Deo fruendi. De-
num tentari non est peccatum, sed materia
exercendæ virtutis, ut homo ad multa bona
proficiat temptatione, cum tota vita homi-
nis super terram tentatio censematur.

De amore Dei, quam efficax sit.

C A P V T. XII.

ENIMUERO omnia supradicta, & quæcunque saluti necessaria, non melius, nec propinquius, nec salubrius perfici possunt; nisi per amorem. Per quem suppleri potest omnis necessarii ad salutem indigētia, & in eo habetur omnis boni abundantia, nec deest summi desiderii præsentia. Quippe solus amor est quo convertimur ad Deum transformamur in Deum, adhæremus Deo, unimur Deo, ut simus unus spiritus cum eo, & beatificemur hic in gratia & ibi in gloria ab eo, & per eum. Amor enim ipse non quiescit, nisi in amato. Quod sit, cum obtinet ipsum possessione plenaria, atque pacifica. Nempe amor ipse, qui & charitas, est via Dei ad homines, & via hominis ad Deum: & mansionem Deus habere non potest, ubi charitas non est. Si igitur charitatem habemus, Deum habemus, quia Deus charitas est. Proinde nihil amore acu ius nihil subtilius, aut penetrabilius, nec quiescit, donec naturaliter totam amabilis penetravit virtutem & profunditatē ac totalitatem, & unum se vult facere cum amato: & fieri potest, ut hoc idem ipse sit quod amatum. Et ita nullum patitur medium inter se, & objectum dilectum quod amat, quod est Deus, sed vehementer tendit in eum. Et ideo numquā quiescit, donec omnia transeat;

& ad ipsum in ipsum veniat. Est enim amor ipse virtutis unitivæ & transformatrix, transformans amantem in amatum & econtra, ut sit unum amatorum in altero & ē conversio, in quantum intimius potest. Quod liquet primò quantum ad vires apprehensivas qualiter amatum fit in amante, videlicet in quantum dulciter & delectabiliter revocatur in apprehensione amantis, & ē regione, pro ut scilicet amans nimirum singula, quæ ad amatum pertinent non superficialiter, sed intrinsecus discernere, & quasi ad interiora eius ingredi. Sed quantum ad vires appetitivas & affectivas, amatum dicitur in amante, prout videlicet est in affectuosa eius complacentia, & in iucunda eius delectatione intenius radicata: ē converso amans est in amato toto desiderio & conformitate, secundum idem velle & nolle, & in eodem gaudere & tristari, tanquam idem ipse. Trahit enim amor / quia fortis est ut mors dilectio) amantem extra se & collat eum in amato, faciens ei intimissimè i hærere. Plus enim est anima ubi amat, quam ubi animat: quia sic est in amato secundum propriam naturam, rationem, & voluntatem: sed in eo quod animat, tantum est secundum quod est forma, quod etiam brutis convenit. Non est ergo aliud quod nos ab exterioribus sensibilibus intra nos, & exinde in Iesu Christi intima & divina trahit, quam amor Christi, quam desiderium dulcedinis Christi, ad sentiendum percipiendum, & degustandum presentiam divinitatis Christi. Non itaque aliud est quam amoris vis, quæ etiam animam de te-

ris ad fastigia cæli celsa perducit. Nec ad summam beatitudinem quis pervenire potest nisi amore & desiderio provocante. Ipse etiam amor est vita animæ, vestis nuptialis, & perfectio ipsius, in quo omnis lex & Prophetæ, & Domini edictum penderit. Unde Apostolus ad Corinthios; Plenitudo legalis est dilectio. Et prima ad Timotheum; Finis præcepti est charitas.

*Orationis qua'itas & utilitas: &
quomodo cor sit recolligendum intra se.*

C A P V T. XIII,

P Ræterea, cum ad hęc, & ad quæcumque alia bona omnino simus ex nobis insufficiētes, nec aliquid de nobis ipsi Dominō Deo (à quo solo omne bonum) exhibere possumus, quod non sit prius suum, solo uno excepto quod super est: quemadmodum ipse per se benedicto suo ore etiam & exemplo nos instruere dignatus est, ut videlicet in omni casu & eventu ad ipsam orationem recurramus, sicut: ei, miseri, pauores, mendici, infirmi, inopes, subditi, servi & filii, ac totaliter in nobis ipsis desolatè humillima mentis prostratione in timore & amore, recollecte & compositè maturo, vesto, nudoque affectu erubescentiæ, cum magnitudine desiderij & ardore, nec non in gemitu cordis, & simplicitate & sinceritate mentis, supplicemus & exponamus ipsi plena cum fiducia undique nobis

imminentia pericula, ita dumtaxat, ut expeditè, securè, & nudè nos ei totaliter usque ad ultimum fideliter committamus & offeramus, tanquam vere & per omnia sui, nihil nobis ipsis reservantes, ut implatur in nobis illud beati patris Isaac, qui loquitur de hac ipsa oratione, dicens Tunc erimus unum in Deo, & Dominus Deus erit in nobis omnia in omnibus & solus, quando illa sua perfecta dilectio, qua prior ille nos dilexit, in nostri quoque cordis transierit affectum. Quod ita fieri, cum nobis omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, denique omnis cogitatio nostra, omneque quod videmus, loquimur, quodque speramus, Deus erit; illaque unitas quæ nunc est Patris cum Filio, & Filij cum patre, in nostrum fuerit sensum mentemque transfusa: ut quemadmodum ille nos sincera & pura atque indissolubili charitate diligit, nos quoque ei perpetua, & inseparabili dilectione jungamur ita sci- licet eidem copulati, ut quidquid speramus quidquid intelligimus, quidquid loquimur & oramus, Deus sit. Hæc ergo intentio, hic conatus, & finis spiritualis hominis esse debet, ut imaginem futuræ beatitudinis in hoc corruptibili corpore possideremereatur, & quodammodo arram illius cælestis beatitudinis & conversationem gloriæ incipiat in hoc sæculo prægustare. Hic inquam finis totius perfectionis est, ut eo usque extenuata mens ab omni situ carnali, ad spiritalia quotidie sublimetur, donec omnis conversatio, omnisque voluntas cordis, anima & jugis efficiatur oratio. Cumque ita

mens deposita face terrena, ad Deum, in quo solo semper defixa debet esse, intentio spiritualis hominis respiraverit (cui ab illo summo bono, vel parva separatio mors praesens, ac perniciofissimus interitus est credendus) praemissaq; fuerit tranquillitate fundata; vel ab omnium carnalium passionum nexibus absoluta, & illi uni summoque bono tenacissima adhaerent intentione, Apostolicum illud implebit; Sime intermissione orate, & in omni loco, levantes puras manus, sine ira & disceptatione. Hac enim puritate (si dixi poest) sensu mentis absorpio, ac de terreno situ ad spiritualem sive Angelicam similitudinem transformato, quidquid in se reperit, quidquid tractaverit, quidquid egerit, purissima atque sincerissima oratio erit. Haec proinde si continua veris indisrupte, quemadmodum usque ab initio disservimus, erit tibi in tua introversione & recollectione jam facile ac promptum contemplari aefus, sicut vivere in natura.

*Conscientiae attestatio in omni iudicio
requirienda est.*

CAPVT XIV.

DEmum ad spiritualem mentis perfectionem, puritatem, & tranquillitatem in Deo consequendam, non mediocriter ad hoc proficere videatur, ut in omni quod de nobis dicitur, sentitur & agitur, semper tacite ad interiora mentis arcana recurramus, & inibi ab omnibus aliis abstracti-

Eti, intra nos totaliter recollecti statuamus nos, in cognitionem veritatis ante nos. & utique inveniemus atque videbimus penitus nihil proficere nobis, sed plurimum obesse, si laudati, vel honorati ab extra fuerimus, & ab intra in veritatis cognitione de nobis culpabiles & rei existimus. Et sicut tunc nihil prodest, si quempiam ab extra homines laudant, & conscientia ab intra accusat: ita è regione nihil obest, si ab extra qui contemptus, vituperatus, & persecutus fuerit, ab intra tantum innocens, irreprehensibilis & innoxius existat, immo quam plurimum super hæc cum patientia, & silentio, & quiete, non immerito in Domino gratulari trahet: siquidem nulla nocebit adversitas, ubi non dominatur iniqüitas. Et sicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum remuneratum. Néque cum hypocritis velimur mercedem & præmium expectare, vel recipere ab hominibus: sed solum à Domino Deo, non in presenti, sed in futuro non transitoriè in tempore, sed in aeternitate. Liquet ergo, quod nec majus aliquid nec melius, quam semper in omni tribulatione, & eventu ire ad interiora mentis secreta, & invocare ipsum Dominum Iesum Christum adjutorem in temptationibus, & tribulationibus, ac inibi humiliari in confessione peccati, & laudare ipsum Deum & patrem corripientem & consolantem: insuper, & omnia in singula in se, vos in aliis, prospera, sive adversa æquanimiter accipere expeditè, & securè de manu suæ irfallibilius providetiæ, aut dispositionis ordinatae. Ex quibus sequitur etiam peccato-

rum remissio , amaritudinis expressio ; collatio dulcedinis , & securitatis , infusionis gratiae & misericordiae , attractio & corroboratio familiaritatis , atque abundans de ipso consolatio , firmaque adhesio , & unio . Sed nec velim imitari eos , qui per hypocritism , & more Pharisaico , seipsose carius & aliter videri , haberi , & apparere ab extra coram hominibus satagunt , quam ab intra in veritate de se didicerunt : quod quidem extremæ dementiæ est , sic videlicet quætere , appetere aut expetere laudem humanaam , vel gloriam à se , vel ab aliis , cum nihilominus interius repletus sit illecebris & peccatis gravissimis . Et certè qui post hujusmodi vanissima currit , fugiens ab eo prædicta bona , & dedecus incurret . Semper ergo præ oculis tuis habeas mala tua , & indonicitatem tuam , & cognose te , ut humiliaris , & tanquam peripsema indignissimum , vilissimum , abjectissimumque ab omnibus habebi non refugias propter gravissima peccata , & maxima mala tua . Quia de re reputate inter alios , ut scoriā inter aurum , zizaniā inter triticum , paleam inter grana , lupum inter oves , sathan inter filios Dei . Sed nec velis revereti ab aliis , aliisque præferri ; immo potius toto corde & spiritu fuge virus hujus pestilentiæ , venenum laudis , reputatiōnē jaſtantiæ , & ostentatiōnis , ne vide dicet juxta Prophetam , laudetur peccator in desideriis animæ suæ . Et Esaïe iij . Qui beatum te dicunt , ipsi te decipiunt , & viam gressuum tuorum dissipant . Et Dominus Lucæ sexto , Vx cùm bened xetint vobis homines .

*Contemptus sui , qualiter causetur in
homine , & quam utilis sit.*

CAPVT XV.

PRoinde quanto quis vilitatis suæ cognitor est , tanto plus & limpidius divinæ majestatis est inspectoR. Et quanto aliquis propter Deum veritatem & iustitiam , sibi ipso in oculis suis est vilior , tanto in oculis Dei est prætiosior. Quapropter studeamus totò desiderio , conatu , nos vilissimos reputare , & credere indignos omni beneficio , nobis disPLICERE , soli Deo placere , ab aliis indignissimi & vilissimi reputari , insuper super tribulationibus , afflictionibus , & injuriis non moveri , nec super hujusmodi inferentes conturbari , nec cogitationibus contra eos involui , vel indignari , sed æquo animo credere velis te cunctis injuriis , vili-pensionibus , flagellis , & derelictionibus esse dignum. Nam revera , qui verè secundum Deum pœnitet , & luget , ille ab omnibus honorati , ac diligi abhorret , nec subterfugit , nec renuit se quodammodo odiri , conculca-ri , desici , usque in finem : ut verè humilietur , & puro corde soli Domino Deo sincere adhæreat. Veruntamen ad Dominum Deum solum diligendum , & seipsum super omnia abhorrendum , & ab aliis appetere vilipendi , non requiritur labor extrinsecus , nec corporis valetudo sed potius solitudo corporis & labor cordis , & quies mentis , ut scilicet

labore cordis . & affectione mentis intimæ
surgat , & corporaliter se ab illis infimis
evellat , & sic ad cœlestia , & divina surgat &
ascendat : Nempe hoc facientes , mutamus
nos in Deum. Et præcipue tunc fit quando
ex corde eligimus , sine iudicio , damnatione
& contemptu proximi , nos ut peripsema , &
opprobrium ab omnibus estimari , imo ab
omnibus tanquam lutum foedum , abhorri ,
quæm quibuscumque deliciis abundare , vel
ab hominibus honorari , aut elevari , seu qua-
licunque corporali & transitoria fôspitate ,
vel commodo perfisi , nec aliam præsentis
huius mortalitatis , & corporalis vitæ con-
solationem desiderare , quæm nostras offen-
siones culpas , & peccata sine intemissione
languere , deplangere , & plorare , perfectè nos-
vilipendere , & annihilare , & de die in diem ,
ab aliis magis magisque viliiores haberi , &
in omni vilitate indigni in nostris oculi
quotidie fieri , ut soli Deo placeamus , cum
que solum diligamus , sicutque ei adhæreamus ,
nec circa aliquid velimus affici , nisi solum
circa ipsum Dominum Iesum Christum , qui
solus jaceat in nostro affectu , nec de ullo sol-
licitari , & curare , nisi de ipso , in cuius ditio-
ne & providentia universa & singula currunt
& subsistunt . Non ergo tuum erit amodo
deliciari , sed vere toto corde lugere . Quam-
obrem , si non luges , propter hoc luge : si
vero luges , propter hoc magis lamentare ,
quia doloris causam tibi superinduxisti , pro-
pter tuas offendiciones maximas & peccata in-
finita . Sicut ergo non sollicitudinem gerit
super spiculatorum dispositionem , qui sen-
tentiam suscipit condemnatus , sic qui lament-

tatur, & efficaciter luget, neque deliciis,
neque iræ, aut glotizæ, vel indignationi, vel
huiusmodi aliquando attendat. Et sicut alia
civium, alia sunt damnatorum habitacula,
ita lugentium & habentium ad pœnam obli-
gantia delicta, statio & institutio ab inno-
xiis, & non obligatis, aliena penitus debet
esse & remota. Alioquin non esset differentia
rei obnoxij & innocentis, in compensatio-
ne, & satisfactionis pœna, quæ tamen mag-
na erat in prævaricationis culpa, & liberior
esset iniustitia, quam innocentia. Omnia er-
go abneganda, omnia contemnenda, omnia
executienda & vitanda, ut plena fide bonum
luctui pœnitentiæ iaciatur fundamentum.
Igitur in veritate Iesum Christum diligens,
& post eum lugens, & eum in corde, & in
corpore portans, in veritate dolorem de suis
peccatis & offenditionibus habens, in verita-
te futurum regnum percipere inquirens, nec
non in vera fide memoriam tormentorum,
& iudicij æterni possidens, & sui exitus timo-
rem & memoriam sumiter, perfecteque re-
assumens. non ulterius conabitur, nec cura-
bit, nec sollicitus erit de aliquo alio. Propter
quod qui ad beatam impassibilitatem & ad
Deum currere festinat, omni die in qua non
maledicitur, & contemnitur, se multum
damnum arbitretur sustinuisse. Impassibilitas
autem est, à vitiis & passionibus liberata,
cordis munditia, & virtutum ornatus. Asti-
ma te igitur iam mortuum, quem non ambigis
de necessitate moriturum. Et postremū argu-
mentum omnium cogitationum, locutionis
ope um tuorum, an secundum Deū sint siti-
bi indiciū hoc, videlicet si in his magis hunc

lis, & intra te, & in Deo plus recollectus, &
conformatus fueris. Si autem aliter in te re-
pereris suspectum tibi sit, ne non sit secun-
dum Deum, nec sibi acceptum, nec tibi pro-
ficiuum.

*Providentia Dei, qualiter ad omnia
se extendat.*

CAPUT XIV.


Veruntamen, ut juxta præfata sine im-
pedimento expeditè, securè, & nudè in
Dominum Deum nostrum liberè & tranquil-
lè feramur, conjungamur, & uniamur, eique
firmiter adhæremus, equanimiter in prospe-
ris & adverbis, in vita sive in morte, opus
est, ut cuncta & singula indiscretè suæ infal-
libili providentiaz, indubitate committamus &
certissimè. Nec mirum, cum ipse solus sit qui
omnibus dat esse, posse, & operari, id est sub-
stantiam virtutem, & operationem, speciem,
modum, & ordinem in numero, pondere, &
mensura. Præsertim cum siue opus artis pre-
supponat opus naturæ, ita opus naturæ præsup-
ponit opus Dei creantis, conservantis, ordinâ-
tis, & administrantis, eo quod ipsius solius sit
in infinita potentia, sapientia, bonitas, & essen-
tia misericordia, justitia, & veritas, chari-
tasque immutabilis, eternitas & immensitas.
Nulla ergo res potest propria virtute
habistere, nec agere, nisi agat in virtute
ipsius Dei, scilicet primi moventis, primi
principij, qui est causa omnis actionis, &

operator in omni agente. Quippe quantum ad rationem ordinis pertinet, Deus immediate omnibus prœvidet, & usque ad ultima singularia. Nihil igitur à maximo usque ad minimum sempiternam Dei providentiam effugit, nec declinat, etiam sive in naturalibus, sive in voluntariis, sive in casualibus, sive in fortuitis, sive in de se intentis. Sed nec aliquid Deus facere potest quin sub ordine suæ providentiæ cedat, sicut non potest facere aliquid quod ejus operationi non subdatur. Extendit igitur se providentia divina ad omnia & singula etiam usque ad hominem cogitata. Qua de re scriptura, iuxta illud primæ Petri v. Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et rursum Propheta; Tacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Et Ecclesiastici secundo, Respice filij hominum, & scitote, quia nullus speravit in Domino & confusus est, permanxit in mandatis ejus, & derelictus est. Et Dominus ait; Nolite solliciti esse, dicentes quid manducabimus, &c. Quidquid ergo, & quantumcunque magnum à Deo sperare possumus, erimus sine dubio accepturi, secundum illud Deuteronomij ij. Omnis locus quem calcauerit per vester, vester erit. Quia quantumcunque desiderare quis poterit, tantum est accepturus: & quatenus fiducia pedem porrexit, etenus possidebit. Vnde Bernardus; Auctor omnium Deus, tantæ abundat visceribus pietatis, ut ad quantumcunque gratiam fiduciæ sinum extendere poterimus, tantum erimus (sine dubio) accepturi. Vnde Marci xj. Quæcunque orantes petiunt,

credite quia accipietis , & evenient vobis. Porro quanto hæc fiducia in Deum fortior est & instantior, & quanto in Deo cum humilitate & reverentia se violentius erigit, tanto securius , & abundantius, & citius, quod sperabat , impetrabit ac obtinebit. At vero si inter hæc propter multitudinem , ac magnitudinem peccatorum fiducia in Deum se erigere temendo retardat : animadvertisque hujusmodi est , quod omnia possibilia sunt apud Deum, & quod vult , necesse est quod fiat, & quod non vult impossibile est ut fiat. Et quod tam facile est ei, tam innumerabilia peccata, quantumcunque enormia remittere & delere, sicut unum peccatum. Et sicut peccator non potest quantum in se est , ab innumerabilibus peccatis surgere , & se ab eis excutere , & absoluere , sic nec ab uno peccato. Non enim possumus non scilicet facere, sed nec cogitare bonum a nobis , quasi ex nobis , sed hoc ex Deo est. Attamen utique multò periculosius est , pluribus irretitum esse peccatis , ceteris paribus , quam uno solo. Quia nullum malum impunitum , & cuique peccato mortali debetur infinita poena , & hoc de rigore justitiae , eo quod quilibet tale peccatum sit contra Deum , qui est actu infinitæ reverentiae , dignitatis, & honorificentiae. Præterea secundum Apostolum Scit Dominus qui sunt eius , & impossibile est aliquem illorum petire , inter quoscunque anfractus , & fluctus errorum , scandalorum , schismatum , persecutionum , discordiarum , heresum , tribulationum , adversitatum , atque tentationum qualunicunque , eo quod numeras electorum factum , & iei-

minus meritorum sit æternaliter, & immutabiliter ab eo prævisus, in tantum, ut etiam omnia bona & mala propria & aliena, prospera, & adversa eis cooperantur in bonum, nisi forte in hoc quod gloriostiores, & probatores appareant in adversis. Securè ergo & expeditè singula & cuncta committamus, plena cum fiducia, divinæ providentiaz, quæ idcirco permittit mala qualiacunque qualitercumque fieri: & bonum est, & bene fit, ut finat ea fieri: nec fierent nisi permetteret ea fieri nec aliter, nec plus fieri possunt, nisi in quantum permittit, quia scit potest, & ea in melius convertere & disponere. Sicut enim ejus operatione, omnia bona fiunt: sic ejus permissione omnia mala, bona fiunt: ne certè ex hoc appareat ejus potentia, sapientia, clementia per reparatorem Christum misericordia & justitia, virtus gratiæ, & defectus naturæ, pulchritudo universi compunctione oppositorum, laus bonorum, reproborum malitia atque pœna. Similiter in peccatore converso contritio, confessio, & pœnitentia, mansuetudo Dei, pietas, & charitas, lausque eius, & bonitas. Non tamen eis semper cedit in bonum, qui male agunt: sed ut communiter in periculum magnum, & maximum malum, privationis scilicet gratiæ, & gloriæ, & incursionis culpæ, & pœnæ, nonnunquam etiam æternæ, à qua nos custodiat I E S V S C H R I S T V S. Amen.

FINIS.



HYMNVS DEVOTISSIMVS SANCTI CASIMIRI,

Ad beatissimam Virginem Mariam.
Per dies hebdomadæ distributus.

DOMINICA.

O Mni die, dic Mariæ Ejus bona, semper sona,
 Mea laudes anima. Semper illam piædica.
 Ejus festa, eius gesta, Omnes mei sensus, ei
 Cole splendidissima. Personate gloriam:
 Contemplare, & mirare Frequentate, tam beatæ
 Ejus celsitudinem: Virginis memoriam.
 Dic felicem genitricem Nullus certam disertæ
 Dic beatam Virginem, Exstat eloquentiæ,
 Ipsam cole, ut de mole Ut condignos promat
 Criminum te liberet: hymnos,
 Hæc appella, ne procella Ejus excellentiæ.
 Vitiorum superet. Omnes laudent, unde
 Hæc persona, nobis dona gaudent
 Contulit cælestia. Matrem Dei Virginē:
 Hæc regina, nos divina Nullus fingat, quod at-
 Collusavit gratia. tingat
 Lingua mea, dic trophæa Ejus celsitudinem.
 Virginis puerperæ; Nemo dicer, quantū licet
 Quæ infictū maledictū, Laudum ejus metita;
 Miro trâsfert germine. Ejus cuncta sunt, creata
 Sine fine, dic Reginæ Ditioni subdita:
 Mundis laudum cantica; Sed neceſſe ē d'j rodere

Piis constat mentibus : Ut finita carnis vīta ,
 Vt intendant quod im- lāetus hunc aspiciam.
 pendant,
 In ipsius laudibus. O cūctarum fœminarū,
 Quamvis sciām quod Decus, atque gloria,
 Mariam,
 Nemo dignē prædicet Quam electā, & erectam
 Tamen vanus & insanus Scimus super omnia.
 Quisquis illam reticet. Clemens audi, tuæ laudi
 Cuius vita erudita , quos intentos conspicis,
 Disciplina cœlica , munda reos , & fac eos,
 Argumenta & figmenta Donis dignos cælicis.
 Destruit hæretica. Virga iesse, spes oppressæ
 Cuius mores, tā quā flores Mentis & refugium.
 Exornant Ecclesiam : Decus mundi, lux pro-
 Actiones, & sermones fundi ,
 Mirā præstant gratiam. Domini Sacrarium.
 Evæ crimen nobis limen Vitæ forma morū norma
 Paradisi clauserat : Plenitudo gratiæ :
 Hæc dñi credit, & obedit, Dei templū & exemplū ,
 Cæli clauſtia referat. Totius iustitiæ.
 Propter evā, homo sœvā Virgo salve , per quam
 Accepit sententiam : Cæli patent miseris ,
 Per Mariam, habet viam Quam nec flexit, nec al-
 Quæ ducit ad patriam, lexit ,
 Hec amanda, & laudāda , fraus serpentis veteris.
 Cūctis specialiter : Generosa & formosa ,
 Venerari, prædicari , David proles inclyta,
 Eam decet iugiter. quā elegit, rex qui regit,
 Ipsam posce, quā agnosce, Et creavit omnia.
 posse pro suis omnia : Gēma decens, rosa recēs
 Vt evellat, & repellat , Castitatis lilium ,
 Quæ sunt nobis noxia. Castūchorum ad Cælorū
 Ipla donet, ut quod mo- Quæ perducis gaudiū.
 net , Actionis, & sermonis ,
 Natus eius faciam. Facultatem tribue ,
 Vt taorum meritorum

Laudes promā strenue,
Opto nimis, & inprimis,
Des mihi memoriam,
Ut decēter, & se equēter,
Tuam cantem gloriam.
Quāvis muta & polluta
Mea sciam labia :
Præsumendum, nec si-
lendum
Est de tua gloria.
Virgo gaudē omni laude
Digna, & præconio;
Quæ damnatis, libertatis
Facta es occasio.

F E R I A S E C V N D A.

O Beata per quā data
Nova mūdo gaudia
Et aperta fide certa
Regna sunt cælestia,
Per te mūdos lætabūdus
Novo fulget lumine :
Antiquarum tenebrarum
Expulsa caligine.
Nunc potentes sunt e-
gentes,
Sicut olim dixeras:
Et egeni sunt pleni,
Ut tu prophetaveras.
Per te nō nūc pravosū
Relinquantur dévia:
Perversarum doctrinās
Nulla sunt præstigia;
Mūdi fluxus atque luxus
Docuisti spēnere,
Deū quæri carnem teri,
Vitiis resistere.

Semper mūda & fœunda
Virgo tu puerpera :
Mater alma velut palma
Florens & fructifera.
Cuius flore & odore
Recreari cupimus;
Cuius fructu nos à luctū
Liberati credim̄s.
Pulchra tota sine nota
Cuiuscumque macula.
Fac nos mundos, & iu-
cundos
Te laudare sedule.

F E R I A S E C V N D A.

Mentis cursū tēdi fursū
Pietatis studio:
Corps Angi motusfrāgi
Pro cælesti præmio.
Tu portasti intra casti
Vētris claustra dominū
Redemptorē, ad honore
Nos refomās pristinū
Mater facta, sed intacta
Genuisti filium,
Regē vētum atque reū
Creatorem omnium.
Benedicta per quā victa
Mortis est versutia:
Destitutis spe salutis
Datur indulgentia.
Benedictus rex invictus,
Cuius mater diceris:
Qui creatus ex te natus
Nostri salus generis,
Reparatiū consolatiū

Desperantis animæ:
 A pressura, que ventura
 Malis est, nos redime.
 Pro me pere, ut quiete
 Sempiterna perfuerat:
 Ne tormentis comburētis
 Stagni miser obruar.
 Quod requiro quod sus-
 piro
 Mea sana vulnera:
 Et da menti te poscenti
 Gratiarum munera.
 Ut sim castus & modestus
 Dulcis, blandus, sobrius,
 ius, rectus, circumpectus
 Simulatis nescius.
 Pruditus & munitus
 Divinis eloquiis,
 Timoratus & ornatus
 Sanctis exercitiis.
 Constandis gravis & suavis
 Benignus, amabilis,
 Simplex, purus & maturus
 Patiens & humilis.
 Corde prudēs ore studēs
 Veritatem dicere.
 Malū nolens Deū colēs
 Pio semper opere,
 Esto tutrix & adiutrix
 Christiani populi,
 Pacem præsta ne molesta
 Nos perurbent sœculi.
 Salutaris stella maris
 Summis digna laudibus:
 que præcellis cunctis
 stellis

Atque luminaribus.
 Tua dulci, prece fulci
 Suplices & refove;
 Quidquid gravat vel de-
 pravat
 Mentes nostras remove
 Virgo gaude quod de
 fraude
 Dæmonis nos liberas:
 Dum in vera & sincera
 Carne Deum generas.
 Illibata, sed dotata,
 Cælesti progenie
 Gravidata, nec privata
 Flore pudicitiae.
 Nā quod eras perseveras
 Dum intacta generas:
 Illū tractas atque lactas
 Per quem facta fueras.
 Mihi maestro nūc adesto
 Dans perenne gaudiū
 Dona quæso milii læso
 Optatum remedium.
 Cōmendare me digna re
 Christo tuo filio.
 Ut non eadā sed evadā
 De mundi naufragio.
 Fac me mitēm, pelle litē
 Compelte lasciviam:
 Cōtra crimē da munimē
 Et mentis constantiam.
 Non me liget nec fatiget
 Sœculi cupiditas,
 Quæ indurat & obscurat
 Mentes sibi subditas.
 Numquā ira, nūquā dira

Me vincat elatio;
 Quæ multorum fit ma-
F E R I A.
ORa Deū, ut cor meū
 Sua servet gratia;
 Ne antiquus inimicus
 Seminet zizania.
 Da levamen & juvamen
 Tuum illis jugiter;
 Tua festa sive gesta
 Qui colant alacriter.
 Da virtutum mihi scutū
 Ne in bello concidam:
 Fidem rectā, spē robustā
 Charitatem fervidam.
 Maris stella inter nulla
 Quem portasti utero;
 Ut hoc mare transmeare
 Cursu donet prospero.
 Det timorem & amorem
 Sui semper nominis:
 Donet pacem & fornacē
 Extinguat libidinis.
 Castitatis, pietatis
 Mumenta conferat:
 Adsit rector, & protect or
 Ne me umquam deserat
 O preclara, viam para
 Ad cælestem patriam:
 Sic me fana, ut mundana
 Gaudia despiciam.
 Mater bona, meis dona
 Requiem parentibus:
 Ora sanctis pro defunctis
 Notis & affinibus.
 Hunc egenū fac ad plenū
 lorum
 Frequenter occasio-
T E R T I A.
 Pervenire gaudium:
 Ut amare & laudare
 Tuum possim filium.
 Meos notos fac devoto
 Piis semper actibus
 Ut mandatis vestitatis
 Totis instent viibus.
 Mala pelle, & refelle
 Dæmonum versutias:
 Spiritales & carnales
 Compescere nequitias.
 Virga lenis de catenis
 Criminum nos e ipe,
 Ut soluti simus tuti,
 Vito mortis principe
 Adiutricem & nutricem
 Te ubique sentiant,
 Qui felicem genitricem
 Dei te pronunciant.
 Splendor patris, factio
 matris,
 Iesu nostra gloria,
 Da ut siam per mariam
 Tua dignus gratia.
 Mater Christi quæ tulisti
 Sacris hunc visceribus,
 Absque viro, partu miso,
 Quo pax datur gentibus.
 Condescendens, & im-
 pendens
 Misericordia auxilium:
 Hunc aspergium hunc af-
 fectum

Dirige propitium.
 Virgo mitis quæ cōtriūis
 spem largiris venīz:
 Ioseph Deum, ut trophæū
 suæ det Ecclesiæ.
 Dona pacem, & fallacem
 Inimicum contere
 Ne ignitis hic sagittis.
 Possit nos elidere.
 Iucundare, quæ portare
 Meruisti dominum.
 Mundi lucē, vitæ ducem,
 salvatorem omnium.
 Alter partus gravat artus,
 Invenit suspiria:
 Finem tuus pellit luctus
 Dans æterna gaudia.
 Aliarum fœminarum
 Proles, flētu funditur.
 Partus iste nil scit triste:
 Vbi Deus nascitur.
 O quam lætis à prophetis
 Es laudata vocibus,
 Hoc secretum quod com-
 pletum

F E R I A
 V divinæ discipline
 Pascebaris gratia:
 Cum in crucem suum
 ducem
 Gens levavit pessima.
 Quot lamenta, quot tor-
 menta,
 Quanti tui gemitus;
 Cū Rex cœli tam crudeli
 Morti esset traditus.

In te est mirantibus.
 Te beatam, te prelatam
 Cunctis esse docuit,
 Cum suave illud aye
 Gabriel aperuit.
 Tu portasti, & lactasti,
 Benedicta domina,
 Quæ adorat, quæ honorat,
 Trina rerum machina.
 Adorabas & lactabas
 Deum factum homiū;
 Qui nos lavit & salvavit
 suum ponens sanguine
 Vagientem & lactentem
 Confovebas gremio
 servi ille, tu ancillæ
 Functa es officio.
 Tu vescensis, & decentis
 Vfa es præsentia:
 Te sciente & vidente
 Fecit mirabilia.
 Te præsente & monente
 Consecravit nupias:
 Quando vino repentina
 sex implevit hydrias.

V Y A R T A
 Corde tripli pertulisti
 Passionis gladium;
 Cum irrisum & occisum
 Tuum cernis filium.
 Nam Rex magnus velut
 agnus
 Immolari voluit:
 Et per crucem, nobis lucem,
 Et salutem attulit.
 Cuius pena nos ad regna

Provehit cælestia:
 Crux virtutis & salutis
 Fit certa fiducia.
 Mundū regēs velut egēs
 Visus est incredulis:
 Ut per formā servinormā
 Vitę daret servuli s.
 Rex immensus & sus-
 pensus,
 Crucis in patibulo,
 A pœnarum æternarū
 Nos saluans pericolo.
 Pius Iesus flagris cæsus,
 Et corona spinea
 Coronatus & in latus
 Est transfixus lancea.
 Qui effingēs chaos ingēs
 Spoliavit inferos:
 Fractis portis diræ mor-
 tis,
 Vinctos fecit liberos.
 O quam læta es effecta,
 Die facta tertia;
 Cum Rex fortis viæ
 mortis
 Attulit indicia.
 Nam antiquū inimicum
 Dicis stringēs vinculis,
 Se vidēdum & tangendū
 Præbuit discipulis.
 Q uis mirari quis ve fari
 Tuum posset gaudium:
 Quando mœstis Rex cæ-
 lestis
 Pacis dedit nuncium,
 Vnde tibi laus ascribi
 Debet atque gloria;
 Quod tantorū gaudiorū
 Facta es materia.
 Post tot signa, quæ tu
 digna
 Meruisti cernere;
 Ad paternū vides thronū
 Filium ascendere.
 Cui iuncta super cuncta
 Potestatem obtines;
 Omnes soli, omnes poli,
 Supergressa ordines.
 O Regina huc inclina
 Piæ mentis lumina;
 Et excussa prece fusa
 Servulorum criminā.
 Iam sublimis facta nimis
 Manes iuxta filium
 Celsa sede: intercede
 Pro salute omnium.
 Nos conforta & reporta
 Munus indulgentiæ;
 Et reformatos non enormes
 Ad statum iustitiæ.
 Maris stella, Dei cella,
 Virtutisque speculum;
 Quā miratur & precatur
 Universum sæculum.
 Da ut queam mentē meā
 Emundare vitiis;
 Exercendo & colendo
 Sacrīs eam studiis.
 Dona inquam ut iam
 vincam
 Tamenta dæmonum
 Nec permittas per sagit-

tas
 Me perire criminum.
 O decora Deum ora,
 Vi det mihi gratiam :
 Adsit custos ne robastos
 Meos hostes sentiam.
 Curam habe ut à labe
 Criminum purificer:
 Fac me rectū & perfectū
 Fac beatum iugiter.
 Prav⁹ hostis nos intortis
 Inquietat iaculiss:
 Tu resiste nec nos iste
 Suis trahat vinculis.
 Dona pacem per quam
 vacem
 Divinis obsequiis :

F E R I A Q V I N T A .

R Ex virtutum cuius
 nutum
 Nihil potest fallere :
 Nos tuere , atque verę
 Lucis dicta munere.
 En ieiunus a te munus
 Peto , ne desiciam ;
 Ut sacrarum Scripturarū
 Mīhi des scientiam.
 Micas panis velut canis
 Mīhi dari postulo ;
 Et quod quāero , tuo spero
 Te datum servulo.
 Rex benigne fac me
 dignē
 Matrem tuam colere ;
 Quæ portavit & laetavit
 Te sacrato ubere ;

Ne per curas perituras
 Veris priver gaudiis.
 O quam pravi & ignavii
 Sunt qui mundū diligunt
 Nec attendunt cui se
 vendunt
 Hi qui Deū negligunt.
 Verē cæcus & ut pecus
 Expers est scientiæ
 Quid delectat hoc quod
 spectat
 In valle miseriæ.
 Nam quem fructum nisi
 luctum
 Præstant mundi gaudia:
 Cuius cura gignit dura
 Miseris supplicia.

Da virtutem ut refutem
 Omnem immunditiam:
 Fac me mitem ut devitē
 Zelum & stoliditiam.
 Honestorum mihi morū
 Præsta elegantiam ;
 Ut honestus & modestus
 In bono proficiam.
 Sic nociva , incentiva
 Sopiantur corporis ;
 quod si fugescant & quies-
 cant
 Pravi motus pectoris
 Sit serena mens & plena
 Spirituali gaudio ;
 Illustrata & purgata
 Verē lucis radio.

Stella maris quæ ignaris
 Subvenis, & perditis;
 In hoc solo nos à malo
 Salva tuis meritis.
 Nec a maris patiaris
 Absorberi fluctibus;
 Qui extollunt, atq; colunt
 Te devotis mentibus.
 Virgo mitis ab ignitis
 Iaculis nos libera.
 Quibus cadunt, qui non
 vadunt
 per tua itinera.
 Clamat reus, vide Deus
 Demonis astutiam
 pelle dolum, ut te solum
 pura mente cupiam.
 Iesu bone, sic dispone
 Horam mei transitus:
 Ut ad chorum electorum,
 Meus perget spiritus.
 Dux sanctorum, spes lap-
 forum
 Virgo mater Domini;
 per quam vita restituta
 Est perennis homini
 Gembundo corde fundo
 preces ad te Domina;
 Namque gravi, quam pa-
 travi,
 Valde premor sarcina.
 Solve moles, sicut soles,
 Quibus pressus teneor;
 Et excusa prece fusa;
 Lapsus quos consiteor.
 dolor ingēs me strigens

Vehementer crueiat.
 Culpæ telū cor anhelum
 siquidem dilaniat.
 parce flenti & dolenti
 summe rerum arbit-
 ter;
 Nam mādata per te data,
 sum transgressus nequites
 Erubesco & tabesco,
 tuam timens faciem;
 Cum meorum delictorū
 perpendo congeriem,
 Ingēs fletus atque metus
 Meam turbat animam:
 pavet sensus, dum su-
 pensus
 Horam pensat ultimam.
 Quis futurus est securus?
 In illo examine,
 Quando patent quæ nūc
 latent
 Argente lumine.
 Quo dolore quo mōtore
 detinentur miseri,
 Qui abyssis pro comissis
 submergentur inferi.
 Rex quid egi quo imp̄agi
 q̄io infelix cecidi:
 Q̄iem deducunt, quem se-
 ducunt
 Fraudes hostis perfidi,
 Ad quem tendam, ut tre-
 mendam
 Evadam sententiam.
 Quē requirā, per quē iram
 Iudicis effugiam

Beatarum fœminarum,
Virgo beatissima,
Illū genēs, qui nos quærēs
Visitavit infima.
O Maria qua sophia
Prodiit altissimi:
Vt credendo & sequendo
Posset homo redimi.

Formidandū redde blandā
Iudicem supplicibus,
Ne iurat⁹ ob iurat⁹
Sævis trādat ignibus.
Cæli scala fac me mala
Quæ impugnant viacere,
Et in bono, quod propono
Constanter persistere.

F L R I A

S E X T A.

NUmquam sīnas in
me spinas
Vtiorum crescere;
Sed ad fructū nos virtutū
Dones semper tendere.
Clemens dona, ut patrona
Velis esse misero.
Vt sis mecū, cū ad æquūm
Tribunal processero.
Supplicando me cōmēdo,
Tuo patrocinio.
Ne rex fortis, diræ mortis
Tradat me supplicio:
Preces funde, & responde
Pro me ante iudicem.
Nam offēsæ sunt immēsæ
Quæ accusant supplicē
Deiperarem, si pensarem
Mea tantum merita,
Nec audissem, nec sensisse
Tanta bona præstita.
Mater alia, tuis salva
Precibus hunc miserum.
Quem subedit & cōfregit
Magna moles scelerum.
A peccatis & à mortis
Libera præpositis,

Te poscent, & habentem
Spem in tuis meritis.
Virgo lenis, à terrenis
Munda nos affectibus:
Ac cunctorum delictorum
Nos absolve n̄xibus.
Paradisi, quo dīmissi
Exulamus, aditum
nobis pāde, quod ob grāde
Nimis potes meritum,
Illic patrem atque matrē
Mecum fac constitui,
Et bonorum æternorum
Vberrare perfui.
Mater agni, qui tiranū
Victor cœpit spolia,
Quo elisi, paradisi
Caremus lætitia.
Noxas dele, parente
Meæ tuis precibus;
Et da cunctis mihi junctis
Fruī bonis omnibus.
Virgo sancta, mater cästa,
David proles inclyta.
Pia prece nos de fæce
Peccatorum suscita
Proles jesse per quā fecta
V

Roborantur animæ :
 Fac nos fortes & cohortes
 Tenebrarum comprime.
 Ab his telis , tu nos velis
 Supplices defendere :
 Quibus perit , quisquis
 quærit
 Carni satisfacere.
 Virgo lenis , nos à pœnis
 Salva gehennalibus ;
 Nec inferni nos substerni
 Sinas cruciatibus.
 Vitam lætam & quietam
 Fac nos semper agere ;
 Ut virtutis , & salutis
 Gaudeamus munere.
 Supplex oto , ut in choro
 Te sanctorum videam ,
 Ut divinæ sine fine
 Dono lucis gaudeam ;
 O quam grata & beata
 Tua est memoria :
 Actiones , & sermones
 Tui sunt remedia.
 Gratulamur & conamur
 Laudes tuas canere :
 Quidvis totum cor devotū
 Nequeat exprimere.
 Sic est densa , sic immensa
 Laudis tuæ copia ,
 Ut profunda & facunda

Succumbant ingentia .
 Nemo præbet quantum
 debet
 Laudes tuę gloriæ ,
 Quia processit qui repressit
 Autorem malitiæ .
 Benedicta quæ devicta
 Vana carnis gloria .
 Æternorum gaudiorum
 Exitisti nuncia .
 Benedictus qui affixus
 Crucis in patibulo .
 Nos salvavit , & donavit
 Pacem suo populo .
 Virgo mitis , infinitis
 Prædicanda laudibus .
 Tuum natum fac placatum
 Cunctis te colentibus .
 Da perfectum intellectum
 Quo devitem noxia .
 Fac me nosce , & da posse
 Quæque sunt utilia .
 Curam gere , ut sincere
 Conversari studeam
 Ut devotus , carnis motus
 Spiritu coerceam .
 Mater Dei , preces ei
 Funde , qui nos munias .
 Preces funde , ut sacerdos
 Quæqueret eveniant

S A B A T O .

Virgo lenis , à venenis
 Draconis me libera :
 Cuius doli , celsa poli ,
 Labefactant sydera .

Pensa , pesa , quā immensus
 Mihi sit fragilitas .
 Quā antiquum inimicus
 Mea fert humanitas ,

Dei aula circumyalla,
 Tuo nos munimine.
 Reos solve, iustos fove,
 Imbecilles sustine.
 Index iuste, rogamus te
 Ut des cunctis veniam,
 Qui Mariæ matris tuæ,
 Diligunt memoriam.
 Iesse proles, solve moles
 Quæ me premunt scelerū
 Intuere, & medere
 morbis te poscentium
 Truculentus & cruentus
 Hostis instat nimium.
 Népe certat ut subvertat
 Me per canis vitium.
 Núc latenter nunc patet
 Non cessat irruere:
 Querēs artē, querēspartē
 Quā possit subrepere.
 Conservare, me dignare,
 Gloriosa domina:
 Et elide homicidæ
 Furentis conamina.
 Sermo vanus & insanus,
 Mihi non subripiat.
 Non auditus non pruritus
 Gulæ me dejiciat.
 Nō me tactus aut olfactus
 Ad peccandum provocet,
 Non me visus, nō me risus
 Vel furor præcipitet.
 Gemebundus fero pondus,
 Culparum ingentium.
 His solutum, ad virtutum


Trahe me fastigium.
 Alma Virgo, supplex rogo,
 Tuam excellentiam.
 Ut æternam, per te cernā
 Tui nati gloriam.
 Fons virtutum, da ut lutū
 Vitiorum deseram.
 Mensis visum, atque nisū
 Ad superna transferam.
 O Maria, vitæ via,
 Plena Dei gratia.
 Inter Deum, & hunc reū
 Precor ut sis media.
 Funde precem, ne in necē
 Decidam perpetuam:
 Ut sim castus, atque fastus
 Mundi huius respuam.
 Ille ductor & instructor
 Adsit mihi spiritus;
 Qui te mundā, & fœcidā
 Fecit esse calitus.
 Illa inquam, ne delinquā
 Me conservet gracia,
 Quā replevit te, qui flevit
 Inter tua brachia.
 Meum pectus, sic affectus
 Charitatis impletat:
 Ut ab eo, quidquid Deo
 Displacet removeat.
 Maris stella, sed. bella
 Seda malos homines.
 Ne nos mergant aut dis-
 pergant
 Mundi huius turbines.
 Corde læto, tuo peto

HYMNVS

Salvari suffragio ;
 Et Postremo, in supremo
 Collocari gaudio.
Dei mater fac gratanter
 Tua nos solemnia.
Celebrare, & vitare
 Carnis desideria.
Meam vitā, fac munitam
 Fide & operibus :
Vt ad cænā intrem plenā,
 Bonis immortalibos.
Mater Dei, nostræ spei,
 Causa, & exordium,
Posce natum ut optatum
 Nobis det remedium.
De mortalis vitæ malis
 Me dignanner erue :
 Et post mortem, dona sorte
 Quietis perpetuae.
Promeorum propinquorū
 Salvaer te postulo;
Vt lætentur, & salventur
 Ab omni periculo.

Meis charis, largiaris,
 Iam defunctis veniam;
 Et cunctorum cōmodorū
 His qui vivunt copiam.
 Illis præcum, dona mecum
 Tuarum suffragia.
Vt modera, & æterna
 Fruantur lætitia.
O Maria mater pia,
 Tuum da subsidium,
Quo vincamus, & viva-
 mus,
 In terra viventium.
Da medelam, & tutelam
 Cunctis te coalentibus,
 Pacem bonam, & coronā
 Cum supernis civibus.
 Pater Deus, Fili Deus,
 Deus alme spiritus,
 Per æterna nos gubernā
 Deus unus sœcula.
Amen.





INDEX

CAPITUM QUÆ IN hoc libro continentur.

Caput I. Remedia septem communia adversus omnia vitia	pag. 1.
Cap. II. Remedia propria singulorum vitiorum & primo superbiæ	pag. 2.
Cap. III. Remedia contra invidiam & odium	pag. 4.
Remedia tristitiae & accidie	pag. 5.
Remedia contra avaritiam &c.	pag. 7.
Remedia contra gulam	ibid.
Remedia contra luxuriam	pag. 8.
Abstinentię salutaris documentum	pag. 9.
Documenta ad perfectionem spiritualis vitæ aspi- rantibus	pag. 14.
Alia duodecim documenta	pag. 19.
Remedia defectuum Religiosi &c.	pag. 29.
Fœculæ variæ & pulchra documenta vitæ spi- ritualis.	pag. 34.
Alia iterū documenta. Abnegatio sui ipius &c. p. 42.	
Suorum defectuum reprehensio &c.	pag. 47.

EX SECUNDA PARTE.

D E studio sanctæ Meditationis, orationis, & contemplationis	pag. 50.
Summa animæ perfectio, unio cum Deo &c. pag. 50.	

INDEX.

- Aliæ ad eam unionē obtinendam Regulæ, pag. 54.
Nemo hujus perfectionis, & unionis incapax. &c.
pag. 59.
- Vtile exercitium. Relinquenda omnia sensibilia,
ut sese anima in Deum immittat. &c. pag. 61.
- Documenta necessaria iis qui divinam operationem
in se sentiunt vel ea privantur pag. 66.
- De duplii unione animæ cum Deo, activa & passi-
va. &c. pag. 69.
- Interdum purat homo se Dei spiritu agi cum aliun-
de agatur. discrimen &c. pag. 73.
- In animæ speculo Deus conspiciendus. pag. 77.
- Variæ cogitationis, meditationis, & contemplationis
explicationes, & varia discrimina pag. 82.
- Varij amoris effectus: raptus, unio, quies pag. 87.
- Quædam media perveniendi ad hanc mysticam Theo-
logiam pag. 91.
- Esi perfectio in sola charitate posita sit, incumber-
dum tamen contemplationi pag. 95.
- Adversitatis tempus contemplationi oportunu pag. 97.
- Amore potius quam studio, mystica sapientia compa-
ratur pag. 102.
- Mirum est quod homo Deum non diligit, à quo tog
beneficia accepit pag. 104.
- Cur doctiores sèpius contemplationis dulcedinem
minus gustent. pag. 111.
- Via ad contemplationem optima, meditatio passio-
nis Christi. &c. pag. 120.
- Confabulationes superfluæ, contemplationis impe-
dimenta. Signa p:æsentia sponsi in anima, de ho-
minis exterioris compositione: interioris hominis
signa. pag. 123.
- Gradus septem quibus ad contemplationem ascen-
ditur. pag. 132.
- Explicantur plurima ex D. Bernardo in Cant. de vi-
sitatione divini Verbi, ut sponsi, & medici. pag. 133.

INDEX.

- De cognitione sui , & de duplice humilitate pag. 136.
De studio proficiendi. Sponsa quietem postulat : sponsus vocat ad laborem pag. 139.
Ordo charitatis , langor animæ pag. 141.
De triplici timore pag. 144.
Quid sit sponsum prospicere per fenestras pag. 149.
Plurima Concilia. Quis modus in abstinentia tenendus. De scrupulosis &c. pag. 152.
Egregia documenta D.Bern. & D.Bonav. purgatione animi ad contemplationem paratur via. pag. 158.
Contemplatio alteram, vitæ activæ partem antecedat, quæ saluti procurandæ invigilat pag. 160.
De variis contemplationis gradibus pag. 162.
De quatuor contemplandi modis. pag. 164.
Quatuor contemplationis impedimenta. pag. 167.
Interdum triplici de causa à contemplatione vacandum pag. 171.
Quorumdam dñiorum resolutio; tenendus in abstinentia modus , vitanda singularitas, &c. pag. 176.
Odo quotidiani exercitiij. pag. 181.
Quod perfectio consistat in parte affectiva pag. 194.
De fiducia animæ in Deum ; & de signis eius adventus in animam pag. 199.
De divino amore , qui parit animæ fiduciam pag. 204.
De privato & pravo amore qui in contemplatione dulcedinem querit. pag. 208.
Quo animi sensu ad divinum sacrificium fit accedendum. pag. 213.
Quadruplicata exercitatio interior , pag. 216.
De variis contemplationis gradibus per ea quæ sunt extra nos , intra nos , supra nos pag. 216.
De septem itineribus æternitatis. pag. 219.
Primum & secundum æternorum iter, recta intentio , & meditatio. pag. 220.
Tertium æternitatis iter contemplatio pag. 222.
Quartum æternitatis iter charitas , & de variis signis

INDEX.

- & gradibus charitatis. pag. 223.
Quintum & tertiatis iter, occultorum revelatio
sextum prægustatio, septimum deiformis operatio.
pag. 230.
Anagogica expositio orationis dominicæ pag. 234.
Septem contemplationis gradus: ignis, unctio, exta-
sis. Speculatio, gustus quies, gloria. pag. 236.
Exercitium spirituale, quotidianum plurima ad devo-
tionem conservandam remedia pag. 244.
Triplex divinæ cognitionis gradus: operosa medita-
tio, simplex intelligentia, divina caligo pag. 251.
Oratio divi Bonaventuræ pag. 254.
Vt cœlestem dulcedinem anima experiatur, depurata
sit, exercitata, elevata. quis vere religiosus pag. 256.
Vix Syon, plurima ad devotionem fovendam docu-
menta. pag. 259.
De humilitate ad contemplationem via; cur saepius
docti huius veræ sapientiæ minus capaces sint p. 269.
Plura de humilitate: de nemine iudicando: usurpan-
da varia pro variis temporibus exercitia: tempe-
randa ne amittatur devotionis spiritus. pag. 273.
Exigui profectus argumentum, levibus de causis pa-
cem internam amittere, necessaria ad eam obti-
nendam documenta. pag. 276.
Abdicatione proprii judicii humilitas comparanda.
Cavendum ne pro vera charitate, naturalis amo-
ris passio habeatur. pag. 280.
Ardens oratio ad postulandam charitatem pag. 285.
Quo pacto cor, & caro reformatur, & de variis
conditionibus, ac affectibus orationis pag. 288.
Flammatia verba ex divo Bernardo fœlicitas anime
interna pace fruentis: Dei speculum anima: de
scala cordis. pag. 297.
Nullus opportunior liber conscientia, hic ex libo
vitæ corrigendu, quanta cordis capacitas. pag. 301.
De contemplationis dulcedine: huius dulcedinis sig-

INDE X.

- na, crebra suspitia, dulces lacrymæ. pag. 308.
Ex Bernardo in libro de amore Dei. Pro obtainendo
divino amore. pag. 311.
Nonnullæ gemmæ & ardentes faculæ ex bernardo su-
per cantica. De osculo pedum, manuum, oris, in
incipientibus proficiens, perfectis. pag. 317.
De uberibus cœlestis sapientiæ: & de tribus unguen-
tis, Contritione, devotione, pietate. pag. 320.
Deus hominibus pacem, sibi gloriam servat. De vera
humilitate. pag. 324.
Auctoris annotatio de vita contemplativa. pag. 335.
-

EXTRACTATV VITÆ.

- Spirituallis S. Vincentii ferrerii.
De paupertate. pag. 343.
De Taciturnitate pag. 344.
De puritate & munditia cordis. pag. 345.
Quod per instructorem idoneum citius, & facilius
pervenitur ad perfectionem quam per seipsum p. 354.
De obedientia servanda. pag. 355.
De modo regulandi corpus. pag. 356.
De modo bibendi. pag. 358.
De modo stadi in mœsa quoad utrumque hominem. p. 358
De modo perseverandi in sobrietate & abstinentia p. 362
De modo habendo in somno & vigilia. pag. 363
De modo prædicandi. pag. 371.
Remedia contra tentationes aliquas spirituales. p. 372
Remedia contra inanes revelationes pag. 376.
De rationibus excitatoriis ad perfectionem. pag. 379.
Supradictarū rationum declaratio & applicatio p. 383
Remedia ad fugiendos laqueos & tentationes diabo-
li. pag. 386.
De affectibus quibus nos exercere debemus circa
proximum. pag. 390.
De perfectionibus necessariis servienti Deo. pag. 392.

INDEX

Quædam præcepta admodum utilia , & de statu viro-
rum Evangelicorum quem futurum prædictit. p. 393.

EX TRACTATV B. ALBERTI MAGNI

- D E ultima & summa perfectione hominis quan-
tum in hac vita possibile est. pag. 396.
Qualiter quis omnibus aliis spretis soli christo in-
hereat & intendat. pag. 398.
Quæ sit conformitas perfectionis hominis in hac
vita pag. 399.
Qualiter operatio humana debet esse in solo intel-
lectu , & non in sensibus pag. 400.
De cordis puritate , quæ est præ omnibus sectanda.
pag. 403.
Quod adhærere debet homo devotus Deo , nudato
intellectu. pag. 406.
Qualiter cor sit recolligendum intra se. pag. 408.
Quomodo in quolibet eventu homo devotus se de-
beat Deo committere. pag. 411.
Contemplatio in Deo , quatenus omnibus aliis ex-
ercitiis est præponenda. pag. 413.
Actualis devotio & sensibilis , non tantum uranda
est sicut voluntate Deo adhærere pag. 416.
Qualiter temptationibus sit resistendum , & tribula-
tiones qualiter sustinendæ pag. 418.
De amore Dei quam efficax sit pag. 420.
Orationis qualitas & utilitas : & quomodo cor sit re-
colligendum intra se. pag. 422.
Conscientię attestatio in omni iudicio requirienda
est pag. 424.
Contemptus sui , qualiter causetur in homine , &
quam utilis sit. pag. 427.
Providentia Dei , qualiter ad omnia se extēdat p. 330.

F I N I S.

